D. HIPPOLYTI BONACOSSAE

NOBILIS FERRARIENSIS
IV. VT. D.

DE SERVIS, VEL FAMVLIS TRACTATVS.

Vbi famulatus materia theoricè & practicè summa cum diligentia explicatur.

Cum indice rerum omnium locupletissimo.

CVM PRIVILEGIIS.



VIRTVTI SIC CEDIT INVIDIA.

VENETIIS,

Apud Damianum Zenarum. 1575.

GREGORIO XIII.
PONTIFICI MAXIMO

HIPPOLYTVS BONACOSSA
Iur. Vtr. Doct. Ferrarienſis.

MVSONIVS *Græcus ea ætate Philoſophus non ignobilis (ſummi Dei Vicarie optime) teſte Gellio. lib. 16. cap. 1. dicere ſolebat. Cogitate, ſi quid vos per laborem, uel ſtudium, rectè feceritis, labor ille cito à vobis recedet, benefactum autem, dum viuetis nunquàm recedet, (Morum quos fecit præmia Doctor habet.) Sed ſi qua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas illa citò abibit, nequiter factum ſemper durabit. Cum igitur ex diutina uillicatione ſacratiſſimæ iuris prudentiæ fructus aliquos pro communi vtilitate in medium edere uellem. Tui ipſius altam imaginem primùm videre contingit, qua nihil dignius, nihil præclarius mihi accidere*

poterat, vt amplißimo eius conspectu, veluti radianti sydere meum illustraretur iudicium, hoc est, tractatum hunc meum, quem de SERVIS VEL FAMVLIS inscripsi, sub eius præcipuè patrocinio, & benigna correptione tutiorem & honestiorem in lucem mitterem. Non ignarus ideo, vel dißimulans postea, quantum dignitati tuæ & humanitati debeam, pro eius incredibili prudentia, & pietate in seruos omnes, quos singulari vrbanitate, amicabiliter, & familiariter (velut alter Lucillus) semper est prosequuta Sanctæq; sedis Apostolicæ in seruos munificentia. In quorum numero habuit Iacobum Bonacossam Pauli III. Pontificis Maximi Prothomedicum, & Iulij III. eius successoris medicum primarium. Patris certè mei ex vtroque parente fratrem, sponte sua cooptauit. Et apud eam suffragata fuerit auctoritas apud magnos. Quòd cum tenues facultates meas ære tam grandi non sufficere cernerem. Satis mihi persuasum esse volui, Si potiorem & præstantiorem in me partem cũ ipso tractatu B. Vestræ offerrem. Vt sic cum Hieronymo libro Regum bene agerem, Satis esse (inquit) si vnus quisque offerat, quod potest. Vt vetula denarium. Nempe meam inuiolabilem

bilem fidem atque deuotionem. Non oblitus, quando ea literarum dignitas, & quasi prærogatiua semper fuit. Vt dicari lucubrationes sibi Principes, & honestum & gloriosum putarent. Nicolaus certè Pontifex V. cum ei renuntiatum esset, quosdam esse Romæ, qui bonos uersus facerent. Negauit bonos esse. Cur enim inquit ad me non veniunt? qui Poetis, etiam malis pateo? Molestè tulit homo sapiens in vrbe sua, qui literas scirent, & nescirentur. Extat apud Politianum historia. Quòd cum ita sit (Religiosissime supremiq; ordinis Antistes, & Pater sanctissime) præstanti illa tui vultus hilaritate, atque eximia quadam, qua tu insigniter excellis, humanitate, comiter, benigneq́; excipias tractatum ipsum de SERVIS VEL FAMVLIS. Excipies inquàm, tu qui Seruus seruorum Dei diceris, (qualem qualem existere contingat,) quem tibi reuerenter porrigo, hoc anno IVBILEI, cuius est significatio remissionis & liberationis tunc temporis, quo Iudæi omnes liberabant seruos, & eis omnia remittebant debita. In quorum memoriam sacrosancta Ecclesia Catholica & Orthodoxa statuit, quòd omni vigesimoquinto anno summus Pontifex liberaret eius seruos à peccatis, concedens ple-

nariam

nariam indulgentiam omnibus illis, qui confeßi & contriti visitarent Romanas Ecclesias. In Domino perpetuò viue, & vale supreme antistes optime. Diu bonis studijs pietatiq; superstes & incolumis.

B. T.

Mancipium professum, si quid est,
Hippolytus Bonacossa.
Iu.Vt.D.Ferrarien.

IN-

IV

INDEX EORVM, QVAE IN HOC TRACTATV NOT. HABENTVR.

A

B

C

Car-

D

Gabel-

finita

FINIS.

D. HIPPOLYTI BONACOSSAE NOBILIS FERRARIENSIS IV. VT. D.

DE SERVIS VEL FAMVLIS TRACTATVS.

DE SERVIS vel Famulis uerba facturus. Quid sit Seruus, famulusvè primò inquiram. Et Seruus (de quo noster sit sermo) est homo liber, qui propter indigentiam non est per se sufficiens ad benè uiuendum, quem oportet alii famulari, & seruire. Aristoteles 1. Politi. de quo Ligna. In trac. de Amicitia. §. viso, nu. 2. Som. uir. c. 38. in 2. Serui itaq; multis modis dicuntur. secundum eundem Philo. Alii dicuntur serui per beneuolentiam solam. Vnde Tibullus. Nullus liber erit, si quis amare uolet. Et in hoc laudatur, qui talē sibi acquirit amicum. ait Seneca ad Lucillū. vbi laudat in hoc Lucillum, ꝙ amicabiliter & familiariter uiuebat cū Seruis suis. Et tales debent esse Prælati. Hinc Papa se uocat Seruum seruorum Dei. quia utilitatibus & commodis seruorum Dei incumbit & insistit. Soci. Senior. in c. fi. nu. 2. de Clerico viatore. Alii sunt serui per malitiam. Alii per denominationē extrinsecam. Alii per uiolentiam. Alii per natiuitatem, captiuitatem, uel uenditionem, uel aliam legis dispositionē, de quibus fusius Ligna. ibi. Serui autem per malitiā regulariter omnes sunt uitiosi & fures. Et ideò dicit lex, ꝙ surriperent cine-

res, si aliud non possent. Bellapertica. q. 54. Portius. in. §. singulorum. Institu. de rerum diuisio. Bauer. in repeti. l. cum filio. col. fi. in fi. ff. de leg. 1. Allegat illud Poetæ. Quid Domini facient, audent cum talia fures. ubi exponit Seruius. fures id est serui. glo. magna circa fin. l. Iulianus. ff. de actio. emp. Quos seruos, si deputas calculatores, docent detrahere Trebellianicam. glo. in l. ne diutius. C. de Numer. lib. 12. Caue inqui Neuiza. In Sylua nuptia. lib. 3. nu. 17. ab ostio posteriore, quia solet domum destruere. Et alia plura de seruis ibi. Et de seruis quoque clericorum, qui noctis tempore patronos trucidarunt. ibi. Docet antiquitas, ꝙ seruo illi, qui occidit Dominum suum Sulpitium Tribunum Plebis acerrimũ hostem Sillæ, Sylla libertatem donasse, & eundem seruum factum libertum ex saxo Tarpeio post Capitolii proiecit Sylla in præcipitem, in aliorum exemplum, qui Dominos suos impiè audent occidere. Iul. Ferre. de militari iustitia. nu. 40. Et ꝙ sint fures serui. Experientia rerum magistra docet. Vnde tenet consequentia. Est seruus, ergo fur. d. l. Iulianus. §. Itẽ qui furem. Est seruus. ergo malus. l. liberti. in fi. C. de liber. & eorum libe. Est seruus, ergo nequam. Si seruus, ergo capifer, gl. d. l. Iulianus. Bal. Cast. & cæteri. in l. pen. de liber. in fi. Gramati. consi. 49. nu. 8. D. m. Alcia. in trac. pręsump. regu. 3. pręsump. 40. Constat etiam ex Barbario, qui populum Romanũ decepit. ut in l. Barbarius. ff. de offi. præto. Constat ex Ioanne Papa septimo Anglico. mulier in habitu uirili, quæ malis artibus Põtificatum adepta est. ut se seruum seruorum diceret. Vnde lex infert. ꝙ si emi seruum, supponere debui, ꝙ uitiosus erat, uel fur. l. Sterilis. ff. de actio. emp. Nimirum si uilis persona dicatur. Et quadrupedibus quandoque ipsum lex æquiparat. ut no. Alba in consi. 56. nu. 39. per tex. in l. 2. ff. ad l. Aquil. facit illud Aristotelis. Polit. 1. seruum (inquit) nihilo minus habere, sed pecudis instar esse, ac rei familiaris & domesticæ instrumentum, de quo sic Menochius de arbitrio Iudicis.

dicis.casu 49.nu.12.lib.2.& licet lex uoluerit ponere salutẽ Dominorum sub custodia seruorum.l.1.ff. ad sylla. Bossius titu.de iis quibus ut indignis. Cauendum tamen omnino est ab eis,ut ab igne,quia sunt mali,& hostes domestici. Et nulla est capitalior pestis,quàm familiaris inimicus. ut ait Cicero. Et cur?assignat rationẽ fusissimè Archiepiscopus Flo. In eius summa par.2.tit.6.c.22.§.1.ubi de proditione agit. si seruus ergo iniquus.Petr.Rauen.in suo alphabe.aureo. in uer. seruus. Et serui,ut plurimùm Dominos odiunt.in trac.de po.se. in prin.nu.10. Hinc Alexander 8.lib.

Afferet tellus stellas, septemq; triremes
Alluet Oceanus, & siccum piscis amabit
Quàm serui Domino sit uerus nexus amorum.

Macrobius in Saturna. & Plato de legibus 6. Tot famuli,tot hostes. Quod plenissimè scribit Ethruscus Poeta. Rerũ Senilium.lib.4.epist.4.& lib.1.epist.49. ubi dicit se bonum seruum nunquam uidisse. Et in Bucolicis Egloga 6. Serue infide,fugax,Dominoq; ingrate benigno. Et de remedio utriusque fortunæ lib.2. Dialogo 29.& seq. ubi & de seruis fugitiuis.& rerum senilium lib.1.episto.30. Apud me(inquit)iniquissimum est seruorum genus. Et prouerbium illud uetus à Seneca repræhensum ueriloquium habet. Totidem esse hostes,quot seruos. Et de remedio utriusque fortunę lib.1. Dialogo 33. Rursus insurgit aduersus seruos. & ibi numerosum famulatum detestatur.quia segnius expediunt commissa negocia plures. Vide Boetium. de Philosophica consolatione 2. An uerò(inquit)te longus ordo famulorum facit esse fęlicem?qui si uitiosi moribus sunt perniciosa domus sarcina, & ipsi domino uehementer inimica. Sin uerò probi, quo nã modo in tuis opibus aliena ꝓbitas numerabitur? Et Petrarcha de Ocio religiosorum. Scriptum est(inquit)ꝙ qui delicatè,& à pueritia nutrit seruum,postea illum sentiet concionantem.

Hinc Psalmista. Qui manducat meum panem, leuabit calcaneum suum cõtra me. Fusius Nouellus in trac. ad defensam. titulo quæ personæ accusare non possunt. nu. 17. & illud Psalmographi. Impinguatus & incrassatus recalcitrauit. Et Petrarcha. ad Eneam Senẽsem. O pudor, ò plusquã pudor. Heu hoc tempore surgit in dominum seruus, patroni in colla cruẽtus libertus. vulgare odium, post uerbera, semper acrior ardescit famulus. Hinc Iuuenalis, de quo Tiraquellus. de Pœnis temperandis causa. 51. n. 9. ubi plura de famulis ancillisque. Maxima quæq; domus seruis est plena superbis. Hinc adagium. Credere seruis terq; quaterq; caue. Camertus prouerbiorum lib. & Polydorus Virgilius uti prouerbio, totidẽ nobis esse hostes, quot seruos. Et Stephanus Forcatulus in Necyomantia. Dialogo 93. Aristotel. 2. Politicorum. quòd ab ipsis famulis, quibus plurimùm indigemus propter ancillares administrationes offendimur, ut indigeamus ergà illos. refert Pennensis. in l. 4. C. de Cast. pecul. lib. 12. & Marsil. in l. vnius. §. seruo. col. 3. ff. de quæstio. ubi dicit, quod nemo unquã seruorum dilexit dominum, nisi unus, qui illum occidit, & Neuiza. inter consi. Bruni. consi. 12. nu. 6. Verum enimuero, cum non debeamus stare sine seruis, & seruitoribus, aliàs nos seruitores esse necesse habemus. ut inquit Bart. in l. 1. circa med. C. de serui. & aqua. Præcipuè, cum serui sint rei familiaris tanquam animata instrumenta, ut dicebat M. Crassus, de quo Plutarchus in eius uita. Præcipuam nostrorum curam erga seruos esse oportere proprium erit. ut ipsi sola beniuolentia & amore amicabiliter, & familiariter nobiscum uiuant. Nam non habemus seruos hostes, secundum Senecam, sed facimus, dum illis, non tanquam hominibus, sed tãquam iumẽtis abutimur. Tot enim habemus hostes (uti prouerbio apud Macrobiũ monemur) quot seruos tyrannide nobis efficimus. Montanus in l. Nihil consensui. ff. de reg. iur. & in trac. de appel. lib. 1. c. 5. monet ex Paulo Apostolo. Ne seruis simus ini-

qui,

qui,cum odit quisquis,quod metuit. Scituri, ꝙ dominum in cœlis habemus, quãdoq; repetiturum ex nobis, ꝙ in fratrem secùs,quàm nobis id fieri uelimus. Ecclesiastici habetur. Si est tibi seruus fidelis,sit tibi quasi anima tua,& quasi fratrem sic tracta illum. Nempe quoad Deum non est differentia inter seruos & dominos. quod malè aduertunt quidam domini,qui suæ naturæ immemores, seruos tractant ut animalia, & eos in mensa,uel aliàs recipere dedignantur, ut inquit Io. Fab.iusti.de iure personarum.§.seruitus,nu.1. Contra quos facit illud.

Degeneres animo,cum qui prouehuntur in altum
Hos nouiße negant,quos habuere pares.

Ioã.Fab.de legitima agna.tutela.§.quibus.Fidelitas itaq; ipsius serui,seù dispensatoris ostenditur circa bona sibi commissa in tribus. ut scilicet non dissipet,non defraudet, & ut multiplicet,quæ tria prosequitur, exemplificando Archiepiscopus Florenti.in eius summa.lib.4.de uirtute fidelitatis.titu.5.c.16.col.pe.& fi.uide omnino, si placet. Et famulus nõ debet esse auarus,ubi dominus est largus. Nam melius est de misericordia quàm de seueritate reddere rationem.26.q.ultima.Specul.de dispensa.§.2.nu. 5. & fusius Archiepiscopus Florenti.ubi supra,uenerandos quoque & reuerendos famulos nostros,præsertim Seniores Tiraquellus censet in suo de iure Primogeniorum. In Præfa.nu.79.ex Homero. qui inducit Penelopem,sic Eurycliam famulam alloquentem. uertit Tiraquellus his fermè uerbis. ut proindè aduersus eam non irascatur,uti aduersus aliã fecisset,qui sibi talia fecisset.quasi uelit dicere.Se illam Senectæ gratiam reuereri. Nec in seruos nostros inseuire debemus.l.2.in fi.ff.de iis, qui sunt sui. ubi Diuus Adrianus Vmbriciam quandam matronã in quinquennium relegauit,ꝙ ex leuissimis causis ancillas atrocissimè tractasset. Sic mulier uidua operosa ancillas habens,ipsas

noctu ad opera ad Gallorum cantus excitans, ut assiduè defatigatas labore, occiso domestico Gallo, ignorans tum Gallorum horã, qui noctu excitabat horã, temorius excitãs damnatur, ex Aesopi Apologo. 29. E republica enim magis esse, & satius boni Principes existimarunt, ut uel serui nostri mãsuetudine quadam demulceantur, pertractenturq; quàm, ut duris modis excepti, etiam inuiti opus faciant, & id parum benè. Ita etiam admonet Diuus Augustinus lib. 19. de ciuitate Dei c. 16. & iure nostro statutum est in l. unica. C. de emẽda. seruo. & institu. de iure personarum, & de iis, qui sunt sui, uel alie. iur. §. in potestate. & §. sed maior. ubi Theophilus. l. 6. titu. 21. par. 4. & Caius I. C. lib. 1. instit. titu. 3. Couarru. in relec. par. 2. §. 11. nu. 3. in fi. pagi. 194. Vnde Cato. Cum seruos fueris proprios mercatus in usus. Et famulos dicas, homines tum esse memento. Plato itaque iratus in famulum assistentẽ Xenocrate. Accipe (inquit) & hunc flagris affice, ego enim irascor. Placa in Epito. delictorum c. 1. pagi. 4. circa prin. Et Seneca, qui in seruos suos irascitur, & crudelis est, satis ostendit potestatẽ aduersus alienos sibi defuisse. Nouellus in trac. ad defensam. fol. 35. nu. 134. Quòd si pleriq; etiã, qui Christo nomẽ dedimus, hodie obseruaremus, familiam nostrãm, dubio procul, non perinde atque bestiam aliquam haberemus, sed æquitatem, & æquabilitatem ipsi exhibentes. Ita. n. æquabilitate pellecti serui, quicq̃d fecerint, ex animo faciẽt, tanquam domino, non hominibus obsequia præstantes. Neuiza. in sylua lib. 4. Porrò indecorum uentris, aut gulæ causa graues lites, & controuersias cum pueris & ministris dicebat Cato Censorius. ut in eius uita Plutarchus. Cum semel quæreretur Cato. quid in re familiari expediret? Respondisse fertur. Benè pascere. benè uestire. benè arare. Sed contra fit. unde Vagnonus de conditionibus hominum huius temporis. Pascit herus famulos tantum durãte labore. unde euenit. Segnis & assiduo sibi parcit seruulus astu. Nec debemus seruis

noſtris imponere aliquid impoſſibile, quia ad illud nemo tenetur. Regu. impoſſibilium. ff. de reg. iur. Bald. & Ange. in l. Titius. §. fi. ff. de excuſa. tuto. & Bar. in §. ſi tanta nu. 1. eo. Domini, inquit Diuus Paulus, quod iuſtum eſt ſeruis ueſtris præſtate, & ſcientes quod uos dominum habetis in cęlis, apud quem non eſt acceptio perſonarum, refert Bald. in conſi. 328. nu. 7. in 1. uol. ubi & alia. Nec debemus erga ſeruos eſſe monoſyllabi. Solent enim quandoque domini imperioſores rem dignam cenſere, ſi pluribus uerbis ſit utendum ad ſeruos. Atq; adeò dimidiatis interim ſemipleniſq; uerbis ſat habent. Si quid actum uelint, ſignificare: quod ſi quis paulò hebetior, non uel ex nutu, uel ex duobus ad ſummum ſyllabis. quid ſibi Chremes ille ſuus uelit, ſtatim intelligat. Huic quæ tum ſibi obiurgationes? Quæ fulmina? quæ tonitrua? Et quid non cęlum cadere, & ruere credas, & Iouem ipſum cum omni ſtrepitu ſuo inde decidere. hęc Agricola. de Inuen. Dialec. li. 3. c. 5. & ibi per Scholiatorem. Debet utiq; dominus ignoſcere garrulis famulis ſuis, ut faciebat Seneca. exemplo Cæſaris Auguſti, dicens idem Seneca contra ſe. Nunquid in domo mea poſſum, quod Auguſtus toto terrarum orbe. Ille patiens fuit & hoſtibus ignoſcebat. Et ego non ignoſcam pigris, negligentibus, & garrulis famulis meis? refert Archiepiſcopus. In eius ſumma. par. 4. tit. 3. c. 7. de uirtute Patientiæ. §. 2. col. 2. Nam mala electio eſt in culpa. Et domini eſt facere diligētiam de inquirendo ſeruum, cum eum recipit. c. innotuit. de electio Ioan. Fab. inſtitu. Si quadrupes paupe. fe. di. qui debet eligere paucos bonos, cum ſit melius habere paucos miniſtros, quàm multos malos. c. cum ſit ars. de ætate & qualita. Plura Cotureus. de re militari lib. 2. c. 24. Auguſtinus de emendatione iuris, pag. 337. Albericus lib. 2. c. 63. & famula famulæ Ancilla. Cicero. 5. Tuſcul. Sin autem uirtus ſubiecta ſub uarios incertoſq; caſus famula fortunæ eſt. Seruitium autem primi inuenere Lacędemonii, quam Elotas, ſiuè Elotia ſua

tia sua appellant Mancipia. Cretenses Perucos, quorum meminit Aristotel. In Politicis. Galli Ambactos seruos gallicè nominant, eorum, ut quisq; est genere, copiisq; amplissimus, ita plurima circum se Ambactos, clientesq; habent. Testatur Beroaldus in Commento in Apuleium 4. de famulis quoq; loquitur Tiraquellus de legibus connubia. in 6. l. in gloss. 1. par. 6. nu. 4. ubi etiam refert illud Aesopi, qui dicebat famulos, tunc maximè priores dominos desiderare, cum secundum cœperint experiẽtiam. Et habes etiã in uita ipsius Aesopi. Serui etenim debent seruire hylariter, quia hylarem seruitorem diligit Deus. argu. 15. q. 1. Non est & 23. q. 6. §. ex his glo. uer. alacriter. in prag. titu. quomodo diuinum officium sit celebrandum. pagi. 205. ad fi. Serui (inquit Apostolus ad Ephesios 6.) obedite dominis cum timore, & tremore, & in simplicitate cordis uestri, sicut Christo, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed, ut serui Christi, & ut filii parentes. Sic Naaman à famulis pater uocabatur. Cum scriptum sit, ꝙ qui inuitus seruit, etiam rem & meritum perdit, ut dicit glo. uer. Iam non facit. c. qui ex timore, de regu. iur. Nam satis inutile est, ut coacta seruitia domino præstentur. c. illud autem 20. q. 1. cum nihil infęlicius agitur, quàm ꝙ inuita Minerua. Quoniam si rectè pensitauerimus ubiq; in mũdo est seruitus. Vt dicebat Codrus. de quo Neuiza. In sylua lib. 4. nu. 18. quod ex multis ostendit Blesensis. In quadã eius epistola, de qua in uiri. cap. 42. Tomo 2. quæ est legenda omnino & relegenda, quia ibi est uidere quantoperè hominis status seruitutis in deterius existat, quod & ex Couarru. deprehendere fas est. relec. par. 2. §. 11. ubi de seruitute agit naturali. Nam & Imperator ipse quoq; seruus est. l. quas gratias. C. de offi. pręfec. pręto. Africæ. in uer. per nos seruos. Nũquam tamen debet se facere seruum maiorem domino. Matthæi c. 10. Er de seruis Germanorum fecit Tractatum Zasi. ut ipse dicit in cõsi. 19. nu. 10. in 2. par. pagi. 351. Cum igitur

undiq;

undiq; sit seruitus, & omnes simus serui. Attendamus facere, quod cecinit Martialis his carminibus.

Viue memor mortis pascendis uermibus esca.
Vana fuge, & soli quære placere Deo.

Quæstio Prima.

HIs sic præfatis. uenio ad Quæstiones. Et primò quero, quis dicatur malus seruus? Nam cognito uno de contrariis, cognoscitur & alterum. Institu. de iis qui sunt sui uel alieni iuris. in prin. ubi & glo. & Doc. Respon. quòd ille dicitur malus seruus, qui sua fideicommissaria cõditione dissimulat. l. Licinius. ff. qui & à quibus & l. cum autem. §. excipitur. ff. de ædili. edic. & malus dicitur seruus, qui est inobediens. §. 1. in Auth. de defenso. ciuit. Vide Gilbertum Cognatum. In suo. De officio famulorum, & decus in l. ei quoq;. ff. ex quibus cau. maio. Tiraq. de iure primige. Quero modo unde dicatur seruus? uide in §. serui. insti. de iure perso. ubi & scribentes. Ioan. Hugo. in tracta. De officio quatuor Prælatorum. §. sed cum uno, Alberi. in Dictionario. Spiegellius in Lexico. & Pardulphus Prateius in suo Lexico. In proposito aũt nostro dicitur seruus à seruiendo. l. detestatio. §. seruorũ. ubi etiam D. m. Alcia. ff. de uerb. sig. & ita tenent Gramatici. Et serui appellatione etiã ad Ancillam refertur d. l. detestatio. §. serui. ubi & D. m. Alcia. & Alberi. in dictione serui & Prateius. d. uer. Deci. conf. 470. nu. 2. in 4. Et appellatione famulorum continentur serui. Abb. in c. famulis 2. not. per illum tex. de seruis non ordinan. & in l. Iubemus. ubi no. Bar. C. de Prępos. lib. 12. Alberi. in Dic. Et appellatione serue famula. continetur. Ang. in Auth. de nuptiis. §. si uerò. per illum tex. Differentia tamen est inter seruos & famulos. Nam si in dominio seruos habemus, serui sunt, non famuli. D. m. Alcia. in

l.meorum.ff.de uerb. sig.Castellioneus.In addi. ad Alberi. dicto uer. serui.Serui(inquit) stricto modo dicuntur carentes libertate.Largo modo,etiam seruientes per mercede,qui famuli propriè dicuntur,ut inquit Panorm.in rub.de Iudeis. Et famuli dicuntur, qui quotidie famulantur.l. 1.C. de iis, qui in eccl.manu. Paris de Puteo.in tracta.Syndica.§.An ex eo ꝙ fuerint familiares, pag.110.Tomo 14.Nunc autem dici possunt conductitii seruitores,idest,qui pręcio seruiunt,ut inquit Abb.in c.nullus,nu.6.de iudi.ubi & apostillan.de famulo,artificibus,ac operariis etiam uide per Bal.in l.aduersus,& l.seq.C.loca.Et ille propriè dicitur famulus, qui uiuit expensis alicuius in c.fi.de uerb.sig.in 6.l.si Chorus.ff.de lega.3.l.2.§.familiæ.ff.de ui bono.rap.d.l.pronunciatio.§.familiæ.ff.de uerb.sig. Guido Papæ singu. 321. Et appellatione familiæ continentur famuli l.1.§.familia.ff.de ui & ui armata. Inno.in c.si uerò,de sententia excommunica. Qui nam uerò propriè sint familiares? Tradit inter tantos Bardus In trac.de tempore utili,uel continuo c.16.& Areti. inter cõsi. crimi.consi.74.& alii,de quibus infra.Familiares itaque dicuntur omnes habitantes in domo.Summa Angeli. in uer.familiaris.Famuli origo(ut scias)ab Oscis depẽdet, apud quos seruus famel nominabatur. Vnde & familia uocata, & unde famulor famularis,ꝙ est seruio tanquam seruus. Est enim genus iniustæ seruitutis,ut inquit Cicero 2. de republica, quũ ii sunt alterius, qui sui esse possunt.Sed certè,nec sit alterius, qui põt esse suus,uetustissimus est huius vocis significatus.Subiectus esto, qui liber eẽ nesciuisti.Bal. in l.1.C. de ingratis liber.Nã in libertate sola consistit decus & splendor l.Edicimus. C.de Murilegulis li.11.Libertas cunctis anteferẽda bonis inquit Corrasius. Nonbenè ꝓ toto libertas uẽditur auro. Antiqui enim famuli seruum dicebant,unde famulari uerbũ à quo familia.D.m.Alcia.d.§.familiæ. Egendorphi.in l.si familia. super uerbo familia.ff.de iurisdic.oĩum iudi. Martia.

Argo-

Argolico famulum non te seruire Tyranno
Vidissent gentes, sæuaq; regna pati.

Pli. lib. 2. de familiari administratione. Vbi de Eligendis seruis, eorum officio, & patronorum officio, & alia ad rem latissimè. uide l. fi. C. per quas perso. no. acqui. ubi seruus nō debet sua libidine spernere domini iussionem.

Quæstio II.

Quisnam dicitur gratus & idoneus seruitor? Respon. qui honestis moribus & uirtuosus existit c. uenerabilis. de præben. Cathon Philosophus Stoicus. Cum ab eo aliquando esset quæsitum. An beneficium seruus domino dare possit? Respondit. Quædam sunt beneficia, quædam uerò officia, & quædam ministeria. Beneficium est, quòd alienus dat, alienus autem est, qui potuit sine repræhensione cessare. Officium est filii, uxorisque ac cæterarum personarum, quas necessitudo suscitat, & opem ferre iubet. Ministerium est serui, quem conditio sua, eo loco posuit, ut nihil eorum, quę prę stat, imputet superiori. In historia Mundi. in 5. ętate fol. 85. Largo autem modo dicitur seruus benemeritus, qui non demeruit. Redoanus in tracta. de rebus eccle. non alie. in rub. de aliena. rerum eccle. sese mouer, in. 12. fol. 74. Et benemeriti sunt serui, qui aliquod insigne seruitiũ fecerunt glo. in c. si quos. de seruis 12. q. 2. uel qui gratum impendunt famulatum. c. graue, de pręben. Cassane. in consi. 7. nu. 13. Alex. in cōsi. 55. in 2. col. in 1. uol. Quę nam autem bona famula dicatur? Respon. bonam famulam oportere tribus dotibus esse pręditam. Vt sit fidelis, ut sit deformis, ut sit ferox, quam vulgò malam uocant. Qui nam uerò dicantur nouitii seruitores? ponit Ange. in l. si negocia, nu. 3. ff. de nego. gest. ubi sunt ii, qui nondum anno seruierunt.

Quęstio III.

AN seruitores Papę possunt obligare fructus suorum beneficiorum, quos percipiũt, licet absentes, pro suis urgentibus necessitatibus? Respon. quòd possunt. Nouellus ad regu. Duen. regu. 126. nu. 4. in 4. fallen.

Quæstio IIII.

AN famuli familiaresvè Papæ & Cardinalium non habitantes domum dominorum, sed quotidianam recipientes portionem, uerè dicantur famuli, & familiares? Respon. Bardus in trac. de tempore utili, uel continuo ca. 17. ꝙ sic. uide tamen postea. Et subdit, ꝙ quis non solum commensalitate efficitur famulus, sed animo. An autem exceptio de non dispensandis beneficiis familiarium continuorum commensalium Papæ, per eum posita in indulto Cardinalium, cõprehendat etiam suos familiares continuos commensales ex priuilegio? Vide Bombi. cõsi. 27. per totum. ubi ponit etiam, qui sint familiares ex priuilegio, & alia. Familiares itaq; Prælatorum omnes illi dicuntur, qui sunt propositi ad famulandum eis, uel in Coquina, uel in Camera, aut Cubicularii, uel stabularii. Inter consi. crimi. consi. 74. Et probatur, ꝙ quis sit familiaris, eo ipso, ꝙ est aggregatus & associatus cum familiaribus, & seruit dictis Prælatis, siue præstat opera seruilia, ipsis scientibus. Bar. in l. 1. §. familiæ. ff. de publica. Bombi. cõs. 27. Gome. in regu. Cancellariæ in Proęmio q. ult. litera f. ubi dicit, ꝙ Paulus III. Pontifex gloriosæ memoriæ regulã constituit super hoc. ut scilicet uerè familiares sint, & non per fictionem. Et idem Gome. etiam in regula Cancellariæ. De impetra. benefi. per obi. Card. q. 13. ubi dicit, ꝙ familiares Cardinalis ii dicũtur, qui ab ipso Cardinale pro familiaribus habentur, & hoc totum consistit in facultate ipsorum dominorum Cardinalium. uide Menochium de arbitrio iudicis casu

201.

201.nu.119.& nu.123.126.& 127. Ant. Gabriel. in suo cõmunium opi. tit. de testibus conclusione 10. per totum. Non tamen statur dicto Cardinalis, asserentis aliquem suum familiarem, ad effectum, ut de ipsius beneficiis possit disponere. Sarnẽ. in regu. de impetra. benefi. per obi. fami. Card. q. 13. Anto. Gabriel. ubi supra tit. de probatio. conclu. 3. nu. 19. ui de Hierony. à Monte, in suis quæstionibus q. 22. nu. 24. uide Gome. ubi supra in seq. q. ubi dicit, ꝙ famuli familiariũ Cardinalium habentur pro familiaribus, distinctione habita, ut per eum ibi. Et qui sint familiares Papæ propriè, & qui fictè, tradit Cast. in consi. 340. lib. 1. Et an probent familiares nobilium, Principum, aut Cardinalium? tradit Crotus. In tract. de testibus 3. par. nu. 125. ubi Petrus Moncada dicit ꝙ sic. Dispositio autem loquens de familiaribus, & continuè commẽsalibus, nõ habet locum in simpliciter familiaribus, Beroius q. 35. nu. 2. uide ad supradicta, Parisi. consil. 38. per totum in 4. uol. ubi ponit, quis sit uerus familiaris Papæ descriptus in indulto? Et uide per eundem in consi. 50. eo. uol. An autẽ credatur Papæ si dicit aliquem suum familiarem. uide Anto. Gabriel. in suo communium conclu. titu. de probatio. conclu. 2. nu. 3. & nu. 19. ubi plenè.

Quæstio V.

AN Cardinalis debeat habere plures seruitores? Respõ. ꝙ sic doctos (scilicet) & uenerabiles, quia tendit ad decus ecclesiæ Romanę, ut in c. super, de Magistris. Nam ad honorem Cardinalis spectat, ꝙ à pluribus associetur. Iuuenalis Satyra 7. & Ariostus Satyra 3. ꝙ no. And. Siculus in c. ex parte, col. 2. de constitu. tanto enim maior quis reputatur, quanto pluribus famulis & dignioribus preest, ut probat Gõdisal. in trac. de dignitate Vicecãcellariæ q. 7. allegat tex. in §. Nos igitur, de defenso. ciui. facit illud prouerbiorum 14. c. in mul

titudine populi dignitas Regis. Facit c. eccc. 95. distin. Hinc Virg. 1. Aene. Laudans Didonem in isto apparatu famulorũ.

Quinquaginta in tus famulę, quibus ordine longo
Centum aliæ, totidemq; pares ætate ministri. &c.

Gomes in regu. Cancellariæ de impetran. benefi. per obi. fami. Card. q. 6. ubi subdit, ꝙ impẽsæ, quę fiunt seruitoribus, & ministris, censentur factę intuitu ecclesię, propter honorẽ inde resultantem, ut tradit Franc. in c. prę senti. §. porrò, in 2. no. de offi. ordi. lib. 6. Nam multorum necessitatibus subueni tur, quia multi pauperes clerici, nobiles, & literati in eorum domibus consolantur, & uiuunt in maximum Cardinalium & Sedis Apostolicę decus. Cassane. in Catalogo gloriæ Mundi parte 5. considera. 15.

Quęstio VI.

AN in domibus Cardinalium censeantur esse uiri flagitiosi, ac priuatione digni? Respon. ꝙ non. Quia de iure pro illustri Cardinalium dignitate prę sumuntur habere familiares honestos, ut dicit Inno. & alii in c. literis, de restit. & in c. insinuante, de offi. delega. Ex qua prę sumptione infertur cõiter ad d. c. literis, quód disponit familiares non esse idoneos testes, ut non procedat in familiaribus Cardinalium & Episcoporum, quia non prę sumuntur habere personas suspectas domi, sed probatę uitę, & exemplares: ut dicit Bald. in l. etiam. C. de testibus & sequuntur Moder. in trac. de testibus Firma. in trac. de Episcopo in 5. par. lib. 4. Areti. & alii in d. c. literis, & in l. 2. C. de testibus. Inuigilare magis, atque magis habent igitur super familiam suam Reuerendissimi omnes, ut sic in bono erudiantur eorum familiares, relatione scilicet non facta ad id, quod fit, sed ad id, quod facere conuenit, ut dicit Paulus. I. C. in l. pe. ff. de iusti. & iu. & Proculus in l. sed

licet

licet. ff. de offi. præsi. Non tam spectandum, quod Romę factũ est, quàm qđ fieri debeat. Quia Principes debẽt sibi magis ca uere ab omni re illicita, & repręhensibili, quàm alii, quia plu ra sunt licita aliis, quę non liceret ipsis, glo. in l. Imperatorũ. ff. de hęredi. insti. ubi dicit Bal. ꝙ ista uerba deberent scribi li teris aureis. Nulla siquidem auctoritas neque Principis, neq; Senatus pōt facere, ꝙ Princeps non sit animal rationale, mor tale, nec eum absoluere à legę naturę, uel à dictamine rectę rationis, uel legis ęternę l. 2. C. de usufruc. earũ rerum. Bald. in l. si aquam, nu. 4. C. de seruitu. & aqua.

Questio VII.

QVeritur à quibus iudicibus puniuntur famuli, domesti- ci, & familiares Cardinalium? Respon. Clar. q. 35. uer. excipiuntur quod ii omnes ex consuetudine remittuntur ad ipsos Cardinales puniendi. Et ꝙ ita seruatur in urbe Roma- na. Et ideò ob id habent Cardinales priuatos carceres q. 68. allegat Manfre. in trac. de Cardina. c. 8. in 9. Priuilegio, dicẽ tem hoc usu obtinuisse.

Questio VIII.

FAmulus Cardinalis obiit. Cuius erunt bona? Resp. Car- dinalis l. iure succursum. in prin. ff. de iure do. ubi defun cta filia iustũ putat. l. C. consolari patrem, ut solatii loco, dos ei reddatur. Facit l. si filius, de bon. damna. ubi consolatur pa ter ex morte filii militis, si illi succedat in Castrensi peculio. Facit l. 4. §. cum autem. ff. ad l. Rho. de Iac. Nam & honestum est, ut iuxta dictum Apostoli humanitate plenum, ꝙ Cardina lis, qui socius fuit tribulationum, & onerum, gubernando fa- mulum & familiarem suum, fit etiam particeps, & socius con solationis, quia iuris est naturalis, ut qui habet onus sentiat commodum l. secũdum naturam. ff. de reg. iur. Ita Gome. in regu. Cancella. de impe. benefi. per obi. Cardi. q. 8.

Quæstio IX.

AN Ecclesia, Cardinales, uel Prælati teneantur remunerare suos seruitores. Et qualiter? Respō. Afflic. super cō sti. regni lib. 1. titu. de decimis. in princ. nu. 2. q sic. Et debet cōstare de meritis, aliter quàm per assertionem Prælati. Nec ideò debet alienari res ecclesiæ, ut remunerentur seruitores, sed possunt eis concedi fructus ad modicum tempus alicuius rei stabilis, & hęc quidem est obligatio ad antidora, ut scilicet benefacienti benefaciamus. Vide omnino Redoanum in trac. de Spoliis q. 7. nu. 1. & seq. fol. 200. & idem in tract. de Rebus ecclesię non alienan. pag. 284. §. contra autē. Vide Mōta. in l. Consilii. ff. de reg. iur. & in trac. de appella. lib. 4. c. 2. & Archiepiscopum Flo. in eius summa ti. de inuidia par. 2. §. 3. c. 1. Super inuido & auaro aulico.

Quæstio X.

AN collatio beneficii facta per Prælatos seruitoribus cō templatione remunerationis seruitiorum dicatur symoniaca? Respō. Fran. Mar. Decis. 285. & 288. lib. 1. & est decisum per glo. in c. sunt nonnulli. 1. q. 1. ubi, si est facta dignis non est symoniaca, aliàs secus. Portius cōsi. 221. nu. 33. in 1.

Quæstio XI.

QVis donat famulo alicuius Prælati, ut rem beneficii solicitet. An dicatur commissa symonia? Respon. Si ille famulus non est talis, cuius intuitu Prælatus sit donaturus, non est commissa symonia. Cardinalis. in c. tuam, de ætate & qualita. Dicens se ita respondisse cuidam Curiali urbis Romæ. Ferra. Cautela 9. nu. 10. uide Afflic. super constitu. regni lib. 1. tit. de decimis. In prin. nu. 1. & Fran. Mar. Dec. 1121. li. 1.

Quæstio

Quæstio XII.

AN famuli Cardinalium sortiantur Priuilegium dominorum? Respon. ꝙ sic. Cum ex subiectione priuilegii familiaribus usus dominis suis incommodior redderetur. arg. ff. de iudi. l. si uerò. §. legati. Oldr. consil. 293. nu. 5. Capici. decis. 12.

Quæstio XIII.

FAmuli, uel familiares utriusq; Prælati faciunt rixam ad inuicem sæpe ac sæpius, in qua interueniũt hinc inde homicidia, & vulnera, nec ob id à Prælatis recedũt. Sed dicti Prælati semper retinent istos familiares. An ipsi Prælati teneantur de delictis per eos perpetratis, saltem arbitrio Iudicis extra ordinem? Respon. prout in consi. 74. inter consi. crimi. per totum. ubi Ang. Areti. pulcherrimè in d. consi. uide D. m. Alcia. in consi. 20. in 7. lib. Fran. Mar. decis. Delph. 1074. lib. 1.

Quæstio XIIII.

AN successor Prælati teneatur soluere debita contracta per eius prædecessorem propter impensas necessarias pro ecclesiæ ministris, & seruitoribus per prædecessorẽ factas? Respon. ꝙ sic Fran. Mar. Decis. 436. nume. 2. lib. 1. uide omnino Redoanũ. in trac. de Spoliis q. 10. per totum. ubi etiam nu. 33. subdit, ꝙ salaria famulorum, quæ famuli in uita Prælati petere, & cõsequi distulerunt, nõ debent solui post mortem per Cameram Apostolicã de bonis, seù Spoliis Prælati, quia super hoc emanauit Motus ꝓprius Pauli III. quo determinatur, ꝙ salaria, quæ famuli non habuerunt in uita Prælati, nisi pro biennio petantur, & post mortem infra annũ petantur aliàs, ꝙ soluta præsumantur, ut est uidere in d. Motu proprio. uide Menochium consi. 64. nu. 20. & seq.

Quæstio XV.

AN famuli Episcopi gaudeāt fori priuilegio? Respon. Panor. in c. nullus, de foro compe. ꝙ communiter tenetur, ꝙ sic. In summa Angelica. in uer. Famulus nu. 6. Calcan. cōsi. 71. nu. 2. & seq. ubi latius. Et hoc est speciale in ipsis Episcopis c. fi. de offi. Archi. & ibi hoc tenent communiter Doc. Capici. decis. 12. Beluis. in prac. crimi. tit. de iniuriis nu. 43. D. Iul. clar. q. 35. uer. quæro nunquid familiares? Etiam si non sint sacris imbuti clericali foro. Secus in aliorum clericorum famulis, ut est communis opinio Capicii. d. decis. & Clar. ibi. & Soarez. litera. C. num. 128. & 129. uide Gramati. consi. ciuili. 102. per totum. ubi famuli clericorum tenentur ex statuto de damnis datis. Vide Iaco. à canibus. in trac. de repræsa. in 2. par. nu. 3. ubi dicit, ꝙ docto. in c. cum non ab homine. de iudi. concludunt, ꝙ gaudent famulantes in domo clericorū priuilegio. Et idem tenet glo. in clemen. 1. de decimis. Et idē de tota familia dicit Prosdocimus in c. 2. de foro compe. uide omnino Gramati. d. consi. 102. Natta. in consil. 576. in 3. uol. ubi & de famulis Principum, qui gaudent priuilegio dominorum, & idem in famulis scholasticorum. & ibi plura notatu digna. Famuli tamen ecclesiæ, qui mercede constituta custodirent pascua, seu animalia ecclesiæ, non sunt immunes ut est communis opinio. Gramati. d. consi. 102. Bursatus cōsi. 42. nu. 15. Et seruitores mercenarii non gaudent priuilegio fori, competente alteri priuilegiato quàm Episcopo, uel clerico. Grassus communi opi. c. 10. q. 7.

Quęstio XVI.

AN seruitores Episcoporum pro præsentibus habeantur? Respon. quòd sic in c. audientiam. de clericis non residen.

Quæstio

Quæstio XVII.

AN famuli, uel familiares Episcopi possunt accusare ipsum Episcopum? Respon. Inno. in c. nulli. de accusa. & Bal. in Margarita. in uer. Famulus, & uer. Familiaris, & Firma. in uer. Familiares. Fel. in d. c. nulli, ubi etiam dicit, q. layci non possunt accusare Episcopũ, nec eius cubiculares, quod intelligit Abb. ibi, de familiaribus nutritis domi iãdiu à primeua ætate. Aliàs secus. Et possunt excusari Episcopi per ipsos seruos, quia extraneis nõ sunt noti secreti mores. Floria. in d. l. testis idoneus. de testibus Franc. Mar. decis. 899. nume. 26. lib. 1. Gome. regu. Cancella. de impetran. bene. per obi. Cardi. q. 7. ubi tamen familiaris Episcopi reperitur criminosus, in pœnam tolerantis talem in domo ipsum Episcopum accusare potest d. c. nulli c. nullus de accusa. 2. q. 7. Tancre. de ordine iudi. titu. quis possit accusare? libr. 2. pagi. 98. Amentes ergo seruos domi nõ habendos ex Apollogo de Sacerdote, qui turdos puero suo assandos dederat docemur, quia talis quis esse præsumitur, quales famulos habere dignoscitur. unde ait Ludo. Roma. in l. cum mulier. ff. sol. mat. col. 13. Ad Episcopos pertinere bonis & honestis uti famulis, ne si contrarium appareat, præsumatur Episcopum famulos discolos nutrire, ad effectum, ut dolos instruant, ut suppleant defectum probationum, & quæ ibi fusius. Gome. d. q. 7. Talis dominus, qualis seruus. Tiraq. in suo de Pœnis tẽperandis. causa 52. nu. 95. facit c. cum in iuuẽtute, de Purga. ibi domini dictum facile sequitur multitudo, & in prag. de colla. in glo. domini. Nam omne simile diligit suum simile. Et ignari ignaros defendunt, & dissimiles odio habent. Cicero. de Senectute. Pares cum paribus, & similibus, & similis similem diligit, ut in adagio. Similem habent labra lactucas. Oratius lib. Epistolarum 1.

Oderunt hilarem tristes, tristemq́; iocosi
Sedatum celeres agilem. Iuuenalis.
Magna inter moles concordia est. Et Columella.

Similibus similia faciliora fecit natura, bonum bono aptissimum, & malum malo. Seneca. Tuta est inter feras similitudo morum. Omnium (inquit Cicero) societatum nulla præstantior est, nulla firmior quàm cum uiris bonis moribus similes sunt familiaritate coniuncti. Sic & Princeps debet habere famulos morigeratos, quia qualis familia, talis præsumitur dominus, Hieron. in Epistolis. Natura (inquit) Principis æstimante populo, quemadmodum mores & studia dominarum, ex ancillarum & Comitū moribus iudicantur, refert Cagno. in suo de uita & regimine boni Principis nu. 123. Famuli tamē Episcopi pro flagitio nō admittuntur ad probādū aduersus Episcopum, Alberi. de Ros. in trac. de testibus. §. superest nu. 19. tit. 14. nec etiam pro ipso Episcopo admittuntur. Nisi essent expulsi propter talia crimina, propter quæ non debuissent esse familiares Episcopi. Et not. quòd si Episcopus audiuit eius familiam aliquem minantem, & de se accipere uindictam dicentem. Si dixit inhibeo uobis expresse, ne ei aliquid faciatis, ne ordinis mei discrimen incurrere ualeam, & animæ meæ detrimentum. Si familia nihilominus eum occidat, non tenetur, si suo nomine factum fuerit, & ipse postea ratum habeat, secùs erit. Aliàs non. Beluisi. in prac. crimi. tit. quotuplices sint causæ nu. 224.

Questio XVIII.

QVid si fiat iniuria famulo Episcopi. An competat actio ciuilis Episcopo, quasi ipsi sit illata? Respon. Bar. in l. 1. §. fi. ff. de iniuriis, ꝙ sic. Si in eius cōtumeliam illata sit. Aliàs secùs l. apud labeonem. §. si apud. ff. de iniuriis. pro quo uide

d. Rolan.

d.Rolan.à Valle.conſ.48.nu.8.in 2.Anto.Gome. in trac.de Delictis c.6.tit.de iniuria.num. 6.fol.386. Nullus certè fuit unquam ita ſapiens, ꝙ iniuriam recipere non poſſit, Ang.in l. ad eos.ff.commo. Et nemo eſt tam bonus & induſtrioſus, qui à malis hominibus non poſſit decipi. Idem Ang. in l.argentũ eo.tit.& dixi alibi fuſius.

Quæſtio XIX.

AN Epiſcopus poſſit ordinare ſuos familiares, ſine literis ſuorum ſuperiorum? Reſpon. Federi.de Senis. conſ. 188.ad fi.

Quæſtio XX.

AN Clerici in famulatu eſſe poſſint eccleſiaſticarũ ꝑſonarum uilia officia, aut opera, quæ clericali decoro nõ cõueniunt? Reſpon. quòd non, Redoanus in tract. de Spoliis, in fi.in c.incip.in famulatu.

Quęſtio XXI.

AN Clericus poſſit eius ancillæ legare? Reſpon. Natta ꝙ ſic in conſi.559.in 3.per totum. Sed non concubinæ ut ibi. Niſi pro meritis, quantum ſcilicet eius merita ſe extendunt, ut dicit Anch.in conſi. 247. uide Bermondum de concubinis. Et quæ nam ſit propriè concubina. Tradit Arcti.in conſi.48.ubi ponit differentiam inter ancillam & concubinã & Bermon.ubi ſupra. Et Cõcenatius.lib.2.quæſtionum c.1.

Quęſtio XXII.

AN Clericus doctor debet ſtare ſine famulo? Reſpon. ꝙ non, uide Redoanum in trac.de Spoliis q.10.nu.33.& alibi in eo.tit.

Quęſtio

Quęstio XXIII.

AN possit Clericus, uel Episcopus de fructibus suæ ecclesiæ, & mobilibus sibi ratione ecclesiæ acquisitis, seruitoribus mercedes relinquere, & donare ac remunerare? Respon. Specula. in tit. de Statu Monacho. uer. 57. Quæritur, ꝙ potest l. Iubemus. C. de sacrosan. eccle. Redoanus de Spoliis q. 3. nu. 9. fol. 107. Dum tamen absit fraus.

Quęstio XXIIII.

QVæro, Episcopus habet indultum, ut famuli ipsius gaudeant fructibus beneficiorum suorum. An istud indultum porrigatur ad eos famulos, qui loco illorum subrogati fuerunt? Respon. ꝙ sic Anto. Gabriel. in suo communium cōclu. lib. 1. tit. de legibus conclu. 3. in 12. limita. nu. 45. ꝙ not. contra quendam Episcopum, qui studuit titu. de iuris & facti ignorātia, & nesciebat, ꝙ ubi est Collegium, ibi est dignitas. Bal. in consi. 1. nu. 3. in 1. uol. unde in eo uerificatur illud, qđ dicit Bald. in l. per adoptionem. ff. de adop. in 1. lectura. Vbi dicit, ꝙ nobiles pro maiori parte hodie sunt superbi, inimici popularium, gulosi, & luxuriosi plusquam populares sunt, & nihil aliud sciunt nisi comedere, bibere & superbire. Et præsertim falsi Prælati, qui ut dicit Bal. in consi. 10. nu. 8. uol. 1. ubi dicit, quædam sunt, quæ habent similitudinem entis, & tamen non sunt ens, ut chymera, hypocrita, & falsus Prælatus l. Paulus. ff. de uerb. sign. prout ille, qui pro uno marcello totum mundum destrueret.

Quæstio XXV.

AN famulus Abbatis potest esse testis in causa Monasterii? Respon. Bal. in consi. 444. nu. 4. in 1. par. ꝙ sic. Specula.

cula. in titu. de teste. Aliàs esset in potestate Abbatis subtrahendi probationes Monasterii, faciẽdo aliquem sibi famulũ.

Quæstio XXVI.

AN priuilegium concessum Monasterio pro se, & eius familiaribus, extendatur ad familiares futuros? Respon. ꝙ sic Ioan. And. in regu. qui sentit, de regu. iur. in 6. & c. si. cũ ibi no. de priuile. in 6. pro quo uide Frã. de Mar. decis. 425. nu. 8. lib. 2.

Quæstio XXVII.

QVid si famulus conuersus acquirit ecclesię. An sit necessaria ratihabitio? Respon. quòd non. Scribẽtes in l. qui Romæ. §. Statius. ff. de uerb. ob. Cõuersus enim est, qui muta to habitu religionem ipsum profitetur, minimè ordine ecclesiastico prædictus, & is cum cæteris religiosis intra Monasteriorum claustrũ uitam agit. Couarru. in c. Alma mater. part. 2. §. 2. nu. 9. de sententia excõmmu. in 6. Et isti non habent uocem in c. Federi. de Senis in consi. 213. licet faciant professionem, & ipsi sint uerè professi, & ueri religiosi & habentur in numero religiosorum. Et an conuersus gaudeat priuilegio ecclesię. Respon. quòd nõ nisi sint in aliquo seruitio ecclesię, & non uiuunt seculariter, ut no. Prosdocimus in c. 2. de foro compe. Iaco. à canibus in trac. de Represaliis 2. par. nu. 3.

Quæstio XXVIII.

NVnquid pueri deseruientes in choro, & destinati clericatui, qui se gerunt pro clericis, habitum & tonsurã deferentes habeant priuilegiũ de quo in c. si quis suadente Diabolo? Respon. Duennas, quòd sic. Regu. 99. in 10. amplia. Nũ percutiens eos est excommunicatus. Vide in Concilio Tridẽtino, lib. 4. c. unico, de Priuilegiis Clericorum.

Quæstio

Quæstio XXIX.

AN omnes famulãtes Principi sunt in dignitate, & ideò nobiles? Respon. Cassaneus in Catalogo gloriæ Mundi par.8.considera.19.quòd sic. Etiam in officio quocunq; minimo seruientes. Etiam, si sit coquus Principis dicitur esse in dignitate, & habere dignitatem, assistendo scilicet seruitio, & obsequio ipsius Principis, Cagno.in l.dic̄ functo.n.17.ff. de officio Adsessoris.

Quæstio XXX.

QVi tenetur seruire Principem. An possit per substitutũ seruire? Respon. quòd non. Nisi de eius uoluntate. Bal. in usibus feudorum tit. Episcopum, uel Abb.§.mutus, nu.3.

Quæstio XXXI.

AN famuli, uel familia Principis teneatur ad munera, & onera extraordinaria, ut cubicularii, medici, & alii seruientes. cum fide, ut tenētur in Palatio Principum, & pro domo principali negociantes, procuratores, notarii, curiales, coqui, & similes? Respon. Ferrettus in trac. de Gabellis num. 535.quòd non. Sed sunt immunes.

Quæstio XXXII.

AN serui nobilium sunt melioris conditionis, quàm serui plebeiorum? Respõ. quòd sic. Corse. fusius in Reperto. Abb. in uer. Aduocatus defendit. Et ideò inferrens iniuriam istis, uel acriter uerberãs, punitur ac si effecta fuisset iniuria domino. Vide Alberi. in l. quamuis, nume. 2.ff. de in ius uocan. & Mansue. in prac. sua tit. de inertiis nu. 6. Et isti serui nobilium debent habere meliora fercula, ut in illis Cardinalium & Episcoporum, ut ibi per Corsetum.

Quæstio

Quæstio XXXIII.

QValiter debet puniri seruus contemptor, uel inobediẽs mandatis Principis? Respon. Bal. in consi. 367. col. 2. li. 3. Et familiares Principum puniuntur grauius quàm alii. l. uniuersali. ubi Saly. per illum tex. C. ubi fiscales. uide omnino Fely. in c. cum dilecta. uer. amplia. 1. de rescrip.

Quęstio XXXIIII.

AN famuli legatorum, uel absentium causa reipublicæ gaudent priuilegiis dominorum, ut restituantur aduersus lęsionem passam. tẽpore absentiæ? Resp. ꝙ sic Cy. & Bal. in l. 1. C. uxo. mili. Pet. Rauẽ. in alphabe. aureo. uer. Bidelli.

Quęstio XXXV.

AN famuli Ambasciatorum hostium offẽdi possunt? Respon. ꝙ non. l. fi. ff. de lega. Fran. Mar. decis. Parla. Delphi. q. 425. n. 4. lib. 2.

Quæstio XXXVI.

AN liceat seruitoribus Inquisitorum hæreticæ prauitatis arma deferre? Respon. ꝙ sic. Afflic. super constitu. li. 1. de illicita por. arma. nu. 6. Nec possunt prohiberi, & si prohibentur, puniuntur prohibentes tanquam turbatores clem. 2. ubi Doc. ad fi. de hæreti. Idẽ est in famulis & seruitoribus Episcoporum & potestatum. ibi.

Quæstio XXXVII.

AN Princeps possit contra ius positiuum dispensare pro suis seruitoribus & familiaribus? Respon. ꝙ sic. Afflic.

super constitu.de probatio.li.2.nu.11. Principes enim solēt (inquit) contra ius positiuum dispensare pro seruitoribus & familiaribus suis. Nam potest Princeps pro libito uoluntatis tollere leges positiuas c.1.de constitu.lib.6.Gome.regu.Cācellariæ.1.q.15.Parisius consi.23.nu.250.in 1.uol.

Quęstio XXXVIII.

AN indebita seruitia à seruis facta, præsumantur à magnis dominis per metū extorta? Respon. quòd sic. Alex.in l.1. §.quæ onerādæ. In Apostillis ad Bar. ff. quarum rerum actio non datur. Aemylia.in consi.73.nu.21.

Quæstio XXXIX.

AN quilibet famulus de familia possit prohibere aliquem, ne domum ingrediatur? Respon. Bar.ꝙ sic.in l.lex Cornelia.§.lex itaque nu.1.ff.de iniur. Et si ingreditur habet actionem ex lege Cornelia. Prohibentes tamē famuli, & impediētes apparitores capere malefactorem, tenentur lege Iulia de ui.Bar.in l.furti.§.ope.nu.5.ff.de fur. Firma. uer. familiares omnes.

Quæstio XL.

AN famulus potest accusare dominum? Respon. Barto.in l. pen.C.qui accusa.non possunt ꝙ non. Nisi suam, uel suorum prosequatur iniuriam. Et actio de dolo non competit famulo contra dominum, qui est positus in dignitate. Et ideò cautela est, ꝙ ipse intentet actionem, uel exceptionem in factum uerbis temperatis, non faciendo mentionem doli, quia ista iudicantur à pari actio, & exceptio. inquātum ad hoc. Ita Cœpola. Cautela 107.& 162. Seruus tamen Dardanarii dominum accusat. Fran.Mar.decis.284.nu.3.lib.2. Fallit, si est

infamis

infamis infamia facti, ut quia habet uxorem, & concubinam uno & eodemmet, tempore ut est communis opinio. Viuius communi opi. uer. Accusare. Limita non procedere parte nõ opponente, quia tunc accusatio facta à seruo contra dominũ procederet, & ista est communis opinio. ut ibi.

Quæstio XLI.

NVnquid Potestates terrarum teneantur pro delictis suorum famulorum? Respon. ꝙ sic. pœna (scilicet) pecuniaria. Liberantur autem, si eos exhibent. Ferra. caute. 49. uide tamen Fran. Mar. decis. 425. & 426. lib. 1. & in prag. titu. de collatio. in glo. uer. familiæ. Ange. in l. 1. §. familiæ. ff. de publica. Itẽ liberatur dominus, si famulus banniatur. D. m. Cephalus consi. 187. num. 6. in 2. Nec etiam tenetur Potestas de facinoribus per suos Officiales commissis extra suum ministerium. Marsil. singu. 560. Roma. consi. 331. in casu propositæ consultationis. uide Menochiũ de arbitrio iudicis casu 354.

Quæstio XLII.

AN Potestas pro debitis, uel contractibus factis per eius famulos durante officio teneatur? Respon. ꝙ nõ. Iaffredus. decis. 500.

Quæstio XLIII.

AN famulus Doctoris possit pro debito incarcerari? Respon. quòd non d. Brogni. Caualcans. In tract. de tuto. & curato. nu. 318. ubi dicit, quòd quemadmodũ Doctor non potest ꝑ debito incarcerari, ita nec eius famulus. Et Doctor non potest renunciare huic priuilegio, nec Statutum potest ei derogare. nisi specialiter & indiuiduò loquatur de ipso priuilegio.

Quæstio XLIIII.

AN famuli Doctorum gaudeāt priuilegio dominorum, ut scilicet non teneantur, nisi in quantū facere possunt? Respon. quòd sic Brunus in trac. de Cessione bonorum q. 10. 4. par. prin. nu. 3. ubi idem dicit in filiis Doctorum & eius familia. Viuentibus ipsis Doctoribus.

Quæstio XLV.

DOctor, siue alius, qui non tenetur, nisi in quantum facere potest, deducto ne egeat, habet seruitorem. An ipse seruitor ali debet unà cum domino, ut sic priuilegium domini extendatur ad seruitorem? Respon. quòd sic, quia sine seruitore Doctor stare non potest. Nam ei, qui non conuenitur ultra quàm facere potest, tantum relinqui debet, unde ipse & sui ministri eidem necessarii sustentari possint. Brunus in trac. de Cessione bonorum q. 31.

Quæstio XLVI.

FAmulus iudicis, qui non defert uestes, & insignia deferri solita. An præsumatur eius famulus? Respon. Ange. quæ non in l. Item apud. §. si quis uirgines. ff. de iniur.

Quæstio XLVII.

AN famuli Scholarium, uel discipuli artificum faciunt Collegium? Respon. quòd non. Bal. in Auth. habita q. 1. col. 2. uer. Extra circa prin. C. ne filius pro patre. Alex. in l. sodales. de Colle. illici. Firma. uer. Collegium.

Quæstio XLVIII.

AN famuli Scholasticorum, qui faciunt eis quædam furtula dicantur fures, & pro multis paruis furtis possint

tanquam famosi furca suspendi? Respon. Bal. in titu. de pace iura. fir. in usib. feudo.

Quæstio XLIX.

AN contra Scholasticorum famulos, qui pecuniam sibi pro cibo, & potu emendo traditam aliter expẽdunt, succurratur? Respon. Scodobius in Auth. habita. C. ne filius pro patre super uer. Tã ipsi. in auctario litera A, quòd sic. Vt eos scilicet iurare cogant, non aliter expensuros ac ipsi perceperint. secundum Cardi. in clem. 1. §. porrò. in 6. no. de hære.

Quæstio L.

AN debeant puniri Scholares, qui habent accessum ad istas mulieres, quæ fanteschæ, idest Massare vulgò dicũtur, quæ stant cum ciuibus, & minus honestè uiuunt, licet sint liberæ? Respon. Ange. in l. si uxor. ff. de adulte. ꝙ non, de quo. Alex. in consi. 13. nu. 6. in ult. uol.

Quæstio LI.

QVid si famulus Scholaris portauit librum meum ad Hebræum, & Hebræus negat. An debet compelli ad ostensionem libri rationum? Respon. Bald. in l. 1. §. rationes. ff. de eden. ꝙ sic.

Quæstio LII.

AN famuli Scholasticorum gaudent eorum priuilegiis? Respon. quòd sic Calcane. in consil. 71. distinguendo, ut per eum. Abb. in c. nullus nu. 6. de iudi. Duen. regu. 305. Rebuffus in trac. de Priuilegiis Schola. Priuilegio. 163. nu. 1.5. & 6. Abb. in consi. 53. in 1. par. Bertachi. in uer. famulus, & uer. clerici. Et sicut Scholaris capi non potest. Ita eius famulus

mulus in executione famulatus pro domino. Rebuffus, ubi supra Fely.in d.c.nullus Tiraq.in trac.Cessante causa par. 1. nu. 105.Capici. decis. Neapoli.2. Si tamen Scholaris mittit in nocte famulum pro meretrice,& promittit famulo immunitatem, si capiatur à familia potestatis, non tenetur Scholasticus pro eo.l.si uerò.§.id,quòd vulgo.ff. de fideiusso. per illum tex.

Questio LIII.

AN seruus teneatur præferre charitatem domini sui propriȩ charitati?Respon.quòd non.de iure Canonico. argu.1.dist.c.humanum.ibi quicunque. Secus de iure ciuili.Et sic contra.l.Præses.C.de serui.& aqua.ubi est tex.quòd prima charitas incipit à se ipso,& est text.in l.1.§. eodem tecto. ff.ad syllania.Bap.de S.Blasio in trac.contradictio. contradictione. 55. Sed collige solutionem ex glo. in uer. Soluti.& cōtra.d.l.Præses.uidetur tex.in c.dilecto,de præben. & l.isti quidem.ff.quòd metus cau.§.fi.insti. de Noxalibus & §.serui.insti.de iure persona.Crauetta consi.6.nu.5.lib.1.

Quæstio LIIII.

AN seruus representat personam domini? Respon.quòd sic.ff.de optio.lega.l.si Pamphilo.& §.post mortem. insti.de inutili.stipula.Sed famulus est ad dominum, non econ uerso.Federi.de Sen.in consi.46.col.2.in fi.

Quæstio LV.

QVid si famulus fugit, & reperiuntur amissæ res aliquæ domini.An uideatur res illas subtraxisse? Respon. glo. in§.si uerò. In Auth.de exhiben.reis uer. factum, quòd sic.& no.Ange.in ea.nu.19.Beluisius ibi.Petr. Rauen.in alphabe.

in uer. fuga. Bossius in prac. crimi. titu. de iudi. nu. 33. Marsil. in prac. §. diligenter nu. 47. pag. 39. ubi latè. Fely. in c. nullus in 3. fallen. de præsump. Corse. in singu. uerbo fuga famuli. Neuiza. In sylua. lib. 3. num. 17. Blancus. in Repeti. l. fi. ff. de quæstio. uer. fuga famuli nu. 423. Diaz. regu. 303. Cassane. consuetu. Burgun. pagi. 48. nu. 37. Viuius. Communium opi. opinione. 84. In prima impressione, & in 2. 120. col. 6. ubi & quando facit iudicium ad torturam. Casonus in suo de iudiciis & tortura c. 4. de fuga nu. 22. ubi dicit, quòd quando hæc duo concurrunt. uidelicet, dominum habuisse dicta bona, & seruū uerisimiliter potuisse auferre, & quòd dominus sit bonæ fidei, & seruus aliquantulum suspectus, quòd tunc procedi potest ad torturam, aliter non. Et quando fuga famuli probet delictum factum in domo domini? Duen. regu. 389. nu. 3. in 3. limi. ubi fusissimè. Dec. consil. 130. col. fi. D. m. Alcia. consi. 153. lib. 5. Claudius regu. crimi. 32. Soarez. in uer. fuga famuli. Natta. consi. 407. per totum in 2. uol.

Quæstio LVI.

BOna quædam sunt depositata per uiatorem in hospitio, & furto sunt subtracta. An famuli hospitis, uel nautæ habent cōtra se iudicium, & possunt torqueri ex ui præsumptionis legalis? Respon. Bar. & ibi per Apostillan. litera c, ubi fusius, & in l. fi. ff. furti aduer. nautas. Nouellus. In prac. crimi. in forma inquisitionis cōtra fures nu. 24. fol. 51. ubi uidetur, quòd sic. Sed cōtradicere uidetur Neuiza. In sylua lib. 1. nu. 68. dic ut per Docto. ubi supra. & uide Claudium regu. crim. ubi de iudiciis agit, & Plot. in l. si quando. C. unde ui.

Quæstio LVII.

AN dominus teneatur ꝓ famulo. Etiam, quòd sit Caupo? Respon. quòd non. Si Caupo cōmuni opinione sit bonus

existimatus

existimatus. Rebuffus in prac.benefi.fol.61.nu. 189. dominus enim regulariter pro facto sui seruitoris hominis liberi, non tenetur l.apud antiquos,in fi.ubi no.Bald.C.de fur.c.cũ ad sedem,de resti.spolia.Menochius d.c.& hæc quidẽ est cõmunis opinio.ut dicit Cur.iun.in l. 1. nu. 13.C. de seruis fugi.de quo Clar. q.86.in prin.ubi pulcherrimè,& Cagn. in l. culpa caret.ff.de regu.iur.Corse.singu.uer.Præceptum Bellapertica q.451.Benedictus de Vado.In Repert. Fel. in uer. Delictum commissum per famulum.Fran.Mar.decis.61.lib. 1.& 425.Ioan.Fab.insti.de obliga.quæ ex quasi delic.§.si filius & institu.de Noxalibus nu.3.& in glo.in uer.familiæ. In prag.de collatio.fol.78.Gramati.decis.34.nu. 39. Apostill. ad Bar. in l.1.§.fi.ff.quòd ui aut clam.litera e.Ber.Diaz.reg. 183.201.& 204.Duen.reg.303.Nouellus in prac.crim.fol. 50.Corne.consi.40.in 1.Ana.consil.2. Riminal.consil.391. nu.24.D.m.Alcia.in trac.præsump.regu.3.pręsump.40.Iodocus.in practi.ciuili c.29.nu.6.Areti.in §.fi.institu. de obliga.quæ ex quasi delic.num.4.Et serui nobilium, si quid mali agant tenentur domini nec excusantur, allegantes ignorantiam, quia cogitare debent illud contingere posse.Dec.in l. nullum crimen.ff.de reg.iur.Arno. Dialogo 4.Nec est uerisimile,quòd famuli quid tale agant insciis dominis. Bart. in l. de pupillo.§.si quis ipsi q. 10.ff.de operis no.nun.Zas.consil. 15.in 1.uol.decis.Tholosa.195.Et quando dominus teneatur de facto sui domestici. Petr.Rauen. in alphā. uer.damnũ col.3.uide omnino Placam.in Epito.delicto. li.1. c.14. Bal. in cõsi.385.in 1.uol.Et uide Caraui.inter consi.crimi. consi. 116.per totum & licet delictum familiaris nõ imputetur domino.Tamen,si delictum habet causam successiuam,& dominus non prohibet,præsumitur de eius consensu factum.Abb. in c.constitutus.1.& in c.causam,quæ de testibus Ber. Diaz. regu.791.uniuersitas.Et an pro incendio per seruum cõmisso teneatur dominus?Carauita ubi supra Menochius consil.

53.Bursa

53.Bursa consi.59.nu.14.plura.Moro.de fide, treuga & pace q.138.& q.141.nu.1.Item si famulus deliquit in re,cuius custodia spectaret ad dominum,tenetur dominus, quia imputatur ei,qui præposuit seruum inutilem.Ange.in l.1.§.magistri.ff.de exercito.Et ait Bart.in l.1.§.familiæ,ubi & Mod. ff.de publica.ꝙ seruitores debent esse morigerati. Aliàs ex facto ipsorum tenentur domini. Quando officiales teneątur pro famulo uiuo & mortuo. ponit Ferrettus In trac. de Gabellis nu.218.Et quandò Potestás teneatur pro suis famulis. Carauita.Bal.d.consi.385.in 1.uol.quibus uerò casibus teneantur domini pro famulis in damnis datis. Petr.Rauen.In alphabe.uer.famulus.Parisi.consi.87.nu.6.in 4.uol. Vitalis in trac.Clausu.de metu officialis nu.4.&5.pag.291. Item tenetur dominus soluere Pedagium pro famulo, non autem ad collectas.Et tenetur dominus pro famulo proiiciente turpitudinem ex fenestra,si proiecit in locum, per quem consuetũ erat homines pertransire. Aliàs non. Item tenetur dominus pro damno dato à famulo non pro delicto, nisi quatenus ad eum peruenerit immediatè,nõ aliter.Vel nisi dominus sciat, & non prohibeat,quia uidetur ratificare.uel nisi faciat de uoluntate & mandato domini, uel nisi Statuto caueatur dominum teneri pro famulo.quo casu, etiam tenetur de cõmissis ante.Secùs si Statutum dicit,quòd dominus teneatur pro delicto famuli,quia intelligitur scilicet de commisso tempore, quo fuit famulus.Et si dominus soluit pęnam pro famulo in casibus,in quibus non tenetur,repetit ab eo.Bertachi.supradicta.In trac.de Gabellis par.7.principali nu.29.uer.Vndecimò quæro.Tomo 6.fol.62.Et dominus non tenetur ex facto famuli, nisi constet de mandato l.1.§.familiæ.& §.filius. ff.de ui & ui arma.Natta in consi.18.nu.15.in 1.uol.

Quæstio LVIII.

QVid si famulus meus occidit inimicum meum. An præsumar,ꝙ sibi mandauerim?Respõ.Bossi.in prac.de Mã-

da.ad homici.nu.39.Duen.regu.302.Carre.in §.circa,Bal. in l.1.C.de seruis fugi.ubi tenet,q non. Et dicit,q de facto semel fuit cassata quædam inquisitio,formata contra dominũ, ex eo,quia eius famulus dicebat dominum sibi mandasse, q faceret quiddam facinus,tanquam continens nõ uerisimile. Franc.Mar.decis.Delphi.q.423.num.1.in 1.par.& q.92.& 504.in 2.par.

Quæstio LIX.

DOminus alloquitur famulum in aure, qui per breue tẽpus interfecit hominem. An id de mandato domini uideatur fecisse? Respon. Bar.in l.si uentri.§.in bonis.ff. de priui.credi.q sic.Gratus.Respon.110.nu.12.Bal.in l.1.col.3. nu.10.C.de seruis fugi. Cępola caute.39.Bal.in c.1.§.iniuria.de pace iura.fir.Grama.uoto.6.nu.20.& consi.ciuili.74. nu.5.Ant.Gomez.in trac.de homicidio,nu.46. Mitius tamẽ punitur famulus,qui interfecit hominem de mandato domini, Cępola caute.40.quam sequitur Dec.cõsi.535. Sed eam impugnat Cagnol.in l.Velle.nu.14.ff.de reg.jur.Arnó.Epito.8.Per quæ autem uerba censeatur reuocatum mandatum, iã impressum in animo serui in tali casu? Tradit Cepola cautela ultima,col.fi.Vide Clar.q.89.ad fi.Petr.Placa in Epito. delic.c.14.nu.5.Anto.Gabriel.Communium conclu.lib.ulti.tit.de criminalibus,conclu.2.& seq.ubi fusissimè.

Quæstio LX.

QVid si seruus timens mortem sibi comminatam à domino,occidit ipsius domini uxorem,uel aliquem alium. An erit excusatus? Respon.quòd sic,Beluisius.In prac.crimi. in §.iuris permissione,nu.63.

Quæstio

Quæstio LXI.

AN excusatur seruus in grauibus delictis, qui obtemperat domino? Respon. ꝙ non. Abb. in c. uniuersitatis. de senté-tia excommu. Nec debet obedire domino, etiam contra præcepta ecclesiæ. Abb. in c. relatum nu. 2. eo. tit. licet sint soliti, famuli seruire dominis per fas & nefas, ut dicit Bal. in c. cum in literis, de testibus. Et tenentur protegere dominum l. 1. & per totum. ff. ad Sylla. Nec in turpibus tenentur seruire domino, & obedire. Marti. Syllima. in trac. de Feudo. in prin. n. 2. excusantur tamen, ut ibi nu. 3.

Quæstio LXII.

QVid si dominus dixit eius famulo. Ne reuertaris domũ. Nisi sentiam nouum de te. Et postea famulus interficit aliquem. An dominus pro eius delicto teneatur? Respon. ꝙ sic. Si prius recepit dominus ab interfecto iniuriam. Vide Anto. Gomez. de homicidio nume. 45. ubi declarat, & limitat & Bursa consi. 26. num. 19. ubi & ipse declarat, quomodo istud procedat. Limita multipliciter ut limitat Duenas regu. 302. Fran. Mar. decis. Delphi. 423. lib. 1. nu. 1. ubi dicit communé opinionem, ꝙ dominus decapitetur. Vide tu Clar. q. 89. uer. sed hic incidenter, & Pet. Placam in Epito. delictorum c. 15. nu. 3.

Quæstio LXIII.

DOminus est præsens & habet uerba cum alio, & famulus illum ense ferit. An præsumatur illud seruo dominum mandasse? Respon. Barba. in c. 1. de offi. dele. Afflic. super cō stitu. regni de percussione illicita, num. 18. Dec. in l. si seruus nu. 7. ff. de pac. Ias. in l. 1. nu. 14. C. de seruis fugi. Menochius in 1. recuperan. poss. remedio, nu. 59. Cassane. in consue. Bur

gun.& in consi.58.nu.8. Cur.Senior.consi.41.per totũ. Pet. Rauen.in alphab.uer.Collegium,ad fi. Soarez. litera famulus,nu.50.& in hoc est resolutio.ꝙ si fecit domino conscio tenetur dominus,aliàs eo inscio non tenetur. Distingue tamen ut per Doctores iam memoratos,& infrà dicetur.

Quæstio LXIIII.

QVid si quis potens uir mandauit suis seruitoribus, ut raperent quandam meretricem,& ea capta cõtra eius uoluntatem fornicationem cum ea fecerunt omnes. An dominus mandans ob id teneatur? Respon. Afflic.super cõstitu. de uiolentia meretricibus illata,nũ.9.quòd sic,pœna tamen extraordinaria l.1.ff.de extraordi.crimi.uide Couarru.Variarum lectio.lib.3.c.14.nu.2.& Bossi.in prac.crimi. tit. de pluribus uiolen.n.68.Cotta rerum memora.uer.meretrix. Sed quid si meretrix esset in lupanari:an posset cógi ad uenerem? Respon.Dec.in l.inuitus.nu.9.ff.de reg. iur. quòd posset.Paris.de puteo.in trac.Syndica.§.adulterum,par.1. nu. 3.pagi. 86.Tomo 14.Sed Purpuratus contra.de quo D. m. Alcia.in l.rogasti nu.5.ff.si cert.pet.quia nemo inuitus malè facere cogitur.Et ne scandala & rumores ueniant in populo.Et subditi sunt compescendi,ne faciant rumores l.1.§.quies.ff. de offi.præfec.urbis fusius Paris de puteo in trac.de re militari in §.an si duo.Tomo 5. uide Scodobium.in Auth.habita,super uer.Peregrinantur.C.ne filius pro patre, & in Parerg. litera A,ibi.Nam accepta cõdigna mercede sunt meretrices ad uenerem aliiciendæ.argũ.l.Idem & si.§.sed & quòd.ff. de condi.ob turpem causam,nec sunt rapiendæ.

Quæstio LXV.

NVnquid famulus præsumatur tale quid agere in domo domini,de uoluntate ipsius.Respõ.D.m.Alcia. in cõsi.

13.nu.

13.nu.17.li.2.quòd sic,quod cōsilium in causa propria fecit, allegat illud Gellii. Aedibus in nostris,quæ recta, aut praua geruntur. Præsumitur enim quilibet scire, quæ domi suę geruntur. Iuxta no.in l.de tutela.C.de in integr. restit.mino.l. 1.ff.de iis,qui deiecerūt,uel effu. Licet puerbialiter dicatur. quòd dominus damna suæ domus sciat ultimus. Secūdum Iuuena.de quo Præposi.in c.significasti,nu.1.in 1.no.de diuor. iuxta & illud poeticum. Dedecus ille domus sciet ultimus.ut no.Moder.in l.unica.C.de raptu uirgi.Paris.consi.64.n.20. in 3.uol. Nullus tamen debet se negligenti committere,aliàs dicitur in culpa. Insti.quibus mo.tolli.ob.§.pen.& §.fi.instit. de societa.in fi.Zasi.consi.15.in 1.par.post Bar.in l. de pupillo.§.si quis ipsi prætori.nu.10.q.10.ff. de noui operis nun.allegat.c.constitutis.de testibus Abb. in c. estote,de reg. iur.c. cum non ab homine. de uita & honesta cleri. & l.quoties.ff. de uerb.obl.& consi.74.nu.6.inter consi.crimi.Firma. in Repert.uer.familiaris.Bar.in l.1.§. familiæ.ff. de ui & ui arma. Anch.in c.cum ad sedem.col.ult.de resti.spol.uer.quintò oppono. Et si famulus hospitis bona opinione æstimatus, facit furtum in hospitio,tenetur hospes omnino. Gallus in trac.de eo,quod interest nu.190.ubi ponit rationem. Similiter nauta,si recipit custodiam rei,uel precium, quia tunc tenetur ēt de periculo rei.Ias.in Addi. ad Por.institu. de mandato col. pen. An mandatarius? Soarez.in eius thesauro Communium opi.uer.periculum.

Questio LXVI.

AN famulus debet adiuuare dominū armis & clamore, & quocunque modo,etiam cum sui corporis periculo? Respon.quòd sic Ange.de Are.in malefi.uer. Et dictus Titius nu.34.allegat.l.1.§.eodem autem lecto.ff.ad Sylla.& l.cum dominus eo. Et ita tenet Floria.in l.scientiam.§.qui cum aliter.ff.ad l.Aquil. Et tunc laudabilis est fides serui uindicantis

tis necem domini sui ut no.Cast.in l. 1 .per illũ tex.C. de precibus Impe.offerẽ. Aliàs punitur morte l.fi.C. de iis, quibus ut indignis l. 1.ff.ad sylla.Seruus tamen conductitius non tenetur defendere,si non vult.Bal.in l. 1.C.unde ui, Placa Epito.delicto.c.22.nu.17.Si tamen patronum defendit, à delicti pœna est immunis,ut ibi.

Quæstio LXVII.

SEd quid econuerso.An dominus tenetur defendere seruum suum?Respon.quòd sic.Etiam,si sit conductus famulus.Iodo.in prac.cri.titu.de necessa.defen.nu.36. & inter cõsi.cri.consi.69.nu.22.& est tex.in l. hos accusare.§. si seruus. ff.de accusa.Petr.Placa Epito.delic.c.28.nu.28.uer. Cæterum,pag.487.Etiam occidendo aliquem in eius domo,ut defenderet famulum. Alex.post Bal.in consi.140.n.7.in 2.uol. expedit enim domino familiares defendere & gubernare. Aliàs diceretur infidelis.ut dicit Apostolus ad Thimo.c.5.Si quidem ille,qui suorum,maximè domesticorum curam non habet,fidem negauit,& infideli est deterior.Translatiuè.29. dist.c.necesse. Afflic.super constitu.de defensis nu. 15.Aluaro.inter consi.crimi.consi.74.nu.45.in 1.uol. Idem debent facere consanguinei.Nam præsumuntur consanguinei & affines non omissuri defensionem consanguinei sui l.hæc autem §.1.ff.ex quibus cau.in poss.eatur D.m. Alcia.in tracta.præsump.regu.1.pręsump.22.Et ciuis ciui opem debet.unde Cicero.qui socium non defendit,nec obsistit, si potest iniuriæ, tam est in uitio,quàm si parentes aut amicos deserat. Monta. in regu.Culpa caret.ff.de regu. iur.ubi fusius. Et natura docet,ut quisq; se & sua defendat.l.ut uim.ubi tex. & ibi Doct. ff.de iusti. & iur. & c. per ambitiones 64. dist. ubi glo.ponit carmina.

Cuilibet

Cuilibet est homini licitum sua iura tueri
Quoq; resisto tibi: non potes inde queri.

Zas. consi. 10. in 2. par. pag. 207. Propertius.

Non solum Taurus ferit unus cornibus hostem
Verum etiam instanti læsa repugnat ouis.

Nam est uirtutis se defendere c. nō inferenda 23. q. 3. Nā defensio, etiam in iudicio unicuiq; non est deneganda. etiam Diabolo. c. cum inter, de excep. Bar. in disputatione Virginis cōtra Diabolum. Rota decis. 200. in nouis. & 364. c. cum speciali. de appella. Marsil. singu. 388. Zannetinus in d. l. ut uim. De fauoribus autem defensionis in causa reorum. Bossius titulo ipso. Cagnol. in l. non uidetur defendere. ff. de reg. iur. Vasquius de successio. §. 1. nu. 2. in prin. & defensio aliquo pacto tolli non potest. Luc. de pen. in l. facultas. C. de iure fisci lib. 10. Neuiza. in sylua. lib. 4. num. 95. ubi allegat Carmen. Optima nam nullo causa tuente perit. Et iudex debet ex officio, & nemine petente quærere defensionem rei. Brunus inter consi. feuda. consil. 69. nu. 2. & ista est communis opinio. Secundum Brunum ibi. Et propter defensionem licitum est occidere, etiam Cardinalem. Ioan. And. in c. fi. uer. percusserit de penis. Ange. & Ias. in d. l. ut uim. Cratus Respon. 114. in 2. Item licitum est se defendendo occidere stultum & furiosum. Marsil. singu. 375. Et ideò non ualet pactum, ne quis se defendat, in quæstione criminis, uel status l. 3. & seq. ff. de libera. cau. Luc. de pen. in l. ex empto. in fi. C. de decurio. li. 10. Et nemo debet pluribus defensionibus uti. c. nullus, de regu. iur. in 6. & quilibet etiam debet perquirere defensiones pro reis. Bar. in l. absentem. ff. de penis. apud Gellium. Cum quidam Asius reprehenderetur, quod hominem improbum in iudicio defenderet? Respōdit, nemo bonus huiusmodi patrocinio indiget. Licet Collegium dominorum Doctorum Bononiæ reprehensum fuisset, quando supplicabat, pro d. Ricardo

Malumbra,

Malumbra, qui erat condemnatus de hæresi. ut per Bal. in l. quicunque. C. de epis. & cle. Vide alia per Placam in Epito. delic. c. 28. & per Doc. in d. l. ut uim, quia satis est digito mõstrasse fontem.

Quęstio LXVIII.

AN seruus debet esse solicitus commodo patroni, contra quoscunque etiam contra se ipsum? Respon. Bal. ꝙ sic. in cons. 445. nu. 1. in 1. uol. allegat. l. frater à fratre. §. potius. ff. de condi. indebi. & Speculato. ut per eum.

Quęstio LXIX.

AN seruus, uel famulus teneatur reuelare delictum domini sui, quando est requisitus per obediētiam superioris? Respon. ꝙ non. Si criminaliter vult procedere superior. ut 4. q. 3. c. lege Iulia. 2. quod intellige, quando nullum malum ex hoc immineret. Aliàs secus, quia non teneor cum malo meo facere bonum proximi temporale. Summa Angelica uer. familia. Fran. Mar. decis. 12. li. 2. & 772. eo. lib. & decis. seq. uide d. Rolan. à Valle. consi. 88. per totum lib. 2. An autē liceat mentiri pro saluanda uita propria, uel alterius? Franc. Mar. decis. 770. lib. 2. facit, quod dicitur de Seraphico diuo Francisco, qui immisit digitum in manica, nolens occisorem reuelare.

Quæstio LXX.

SEruus insidiatur mortem patroni, qua pœna puniatur? Respõ. Pęna mortis, & comburi debet l. capitalium. §. igitur ff. de pęnis. Monteleo. in prac. cri. par. 4. nu. 122.

Quæstio LXXI.

MItto famulum, qui ut minister certa uerba obligatoria pro me dicat, & dicit ultra, quàm sibi commisi, ero ne obligatus? Respon. ꝙ non. Bellame. decis. 556.

Quęstio

Quæstio LXXII.

NVnquid seruitori credatur, si nõ apparet de commissione domini? Respon. ꝙ non. Etiam, si esset Iudicis seruitor. Signoro. consil. 57. nu. 5. allegat. l. 1. C. de Decurio. & l. diuus. ff. de custo. reo. & quod no. Cyn. in l. Ea quidem. C. de accusa. Nam seruitori ex parte domini aliquid nuntianti non facilè est credendum. Boeri. decis. 282. nu. 4. Gerar. sing. 87. nemo enim debet esse credulus. l. fi. in prin. C. de accusa. l. 1. §. 1. de eo, per quem fac. fuit l. 4. §. si accepi. ff. de in rem uerso. Si quidem leui sunt corde, qui facile credũt. ut inquit Aristot. uide Gome. in regu. Cancella. de ualore exprimendo in impetratione Benefi. q. 10.

Quęstio LXXIII.

SCribo tibi literas, ꝙ tu mittas mihi librum, uel aliam rẽ, Tu autem librum, uel rem tradis famulo, qui portat literas, & ille aufugit. An ideo liberaberis? Respon. Marsi. singu. 430. ꝙ non. Etiam si ipse seruus hoc tibi dixisset, ꝙ essem contentus, ꝙ talem librum sibi traderes. Abb. in c. significante, n. 8. de pigno. Firma. in Reperto. & D. m. Alcia. in consil. 133. nu. 11. in 5. uol. ubi inducit. l. si mei causa. §. fi. ff. commo. ubi si ego misero ad te seruum causa te admonendi, ut mihi rem commodatam restitueres, & tu illi seruo tradidisti, qui aufugit, periculum est tuum, quia non debuisti illi credere, cũ ego ad te misi eum causa admonendi, non autem accipiendi dictã rem. Et ista est communis opinio. Soarez. in eius Thesauro. uer. literę. nu. 177. Vide tamẽ Stracham in trac. de Adiecto. in 3. par. nu. 20. ubi hoc limitat. Si seruus esset probus, & consueuisset esse probus & diligẽs, quia tunc liberaretur. Parisi. consi. 156. n. 25. & 26. in 4. uol. Ioan. de Amicis. consi. 41. ad fi. uer. Et istam pulchram doctrinam, ꝙ famulis nõ credatur.

Tradit Bar. quem omnes sequũtur ubique in l. deferre. §. Itē decreuerunt. ff. de iure fisci. Plot. inter consi. crimi. consil. 3. nu. 9. & seq. Anto. Gomez in trac. de commodato, & deposito. col. fi. fol. 214. Nam assertioni alicuius non est semper credendum. Fusius per Tiraq. de pęnis temperan. Causa. 51. nu. 26. Troylus Maluitius in trac. de Canoniza. Sanctorum. in ulti. dubio est tex. in l. sicut, ubi Bal. C. de fide instr. & glo. in c. Cupientes. post prin. de elec. in 6. glo. in l. 1. ff. de eo per quē fac. erit. §. 1. l. fi. in prin. C. de accusa. l. 4. §. 51. ff. de in rē uer. Dec. cōsi. 487. nu. 12. & Canit Naso. Credulitas damno semper solet esse puellis, & Cato. Nam miranda canunt, sed non credenda Poetæ. Credulitas itaque (ut inquit Cicero ad Plācum) error est magis quàm culpa, & quidē in optimi cuiusq; mentem facillimè irrepit. Quando autem sit credendum alicui? ponit Tiraq. ubi supra. uide Lapum allega. 126. Fely. in c. cum contingat. de rescrip. ubi fusissimè. Zas. consil. 1. in 2. Alexā. in d. l. 1. ff. de eo per quem fac. est, ubi fusissimè. Et ait Cesar in Commentariis. de bello ciuili lib. 2. Nam quæ uolumus, & credimus libēter, & quæ sentimus ipsi, reliquos sentire speramus. Hinc Cassiodorus in 3. epistola. Illi credere debetis, quem uestris utilitatibus arridere cognoscitis, quod dictum placet Principibus. secundum Fely. in d. c. cum contingat, ad fi. ubi etiam allegat illud Aristotelis in 2. Retho. iuuenes (inquit) facilè credunt, eo ꝙ in multis nondum decepti sunt. uide omnino Tiraq. de legibus cōnubialibus in 9. l. sub nu. 137. & seq. Excusatur tamen ille, qui est facilis ad credendum delicto committendo, ut obuietur, glo. in c. hoc uidetur 22. q. 5. Barba. consi. 64. nu. 11. in 1. uol. Item etiam excusatur, qui credit suo procuratori, uel seruo de eo, qđ illi commiserat Cast. post Bar. in l. ꝙ vulgo. ff. pro empto. Et cōtra simulationem. Vide per Damasum. Brocardo isto nu. 85. & leges minus credunt mulieri quàm masculo. l. 1. §. sexum. ff. de postulan. Alex. consi. 24. num. 39. in 2. Nec est credendum istis

Zunta-

Zuntatoribus, qui uadunt per diuersas Mundi partes, fingendo aliquam fraudem. qui debent puniri acrius quàm fures. Marsil. sing. 318. Nec est credendū iis, qui nuntiant aliquod triste, ut alium distrahant à iudicio, & tenentur pęna, de qua in d.l.1.ff.de eo, per quem fac. est, ad interesse. uide Rimin. consi. 569. in 3. uol. Propertius.

Sed uobis facile est uerba, & componere fraudes.
Hoc unum didicit fœmina semper opus.

Vide Rhodiginum lib. 8. c. 14. Neuiza. in sylua. Tiraquel. de legibus connubialibus. Si quis tamen mittit rem per aliquem inopem, qui erat bonus & legalis, excusatur. secùs si malus. Bar. in l. si suspectum. ff. de suspec. tuto. Firma. uer. debitor solués pró famulo. Gomez. ubi supra nu. 3. & hæc satis.

Quęstio LXXIIII.

FAmulus reportat à me librum ad te, potest ne de hoc esse testis? Respon. Bar. quòd non. l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iure fisci.

Quęstio LXXV.

AN seruus potest esse testis pro domino? Resp. ꝙ sic, si sit honesta persona. decis. Tholo. 4. & etiam contra dominum ibi, Marsi. singu. 5. Bal. consi. 222. in 1. Tiraq. de pœnis tempe. causa. 51. nu. 58. Præsertim, si non habet salarium. ut ibi per Marsil. Ioã. Fab. insti. de testa. §. in testibus, nu. 3. Admittitur etiam pro domino propter difficultatem probationis, & subiectam materiam, quando ipsi domino clam furto sunt subtracta bona. Parisi. consi. 74. nu. 22. lib. 1. Curtius in suo coniecturalium iuris. c. 19. lib. 2. & licet famulus sit uilis persona, admittitur tamen contra ualde diffamatum. Alba.

in consi.71.nu.9.admittitur etiam pro domino. Quādo tem pore iuramenti & testificatus non est famulus. do. Rolan.à Valle.cons.41.nu.25.in 1.uol.admittitur etiam si est tutoris famulus in causa pupilli.Bal.consi.444.nu.4.in 1.par.admittitur etiā famulus Principis in testem pro ipso Principe, nec potest repelli, si est testificatus, propter familiaritaté. no. Inno.in c.literis, de testi.Bal.& Saly.in l.2.C. de testibus Crottus in consil.122.nu.17.admittitur etiam in causa criminali pro Episcopo eius domino. Amplia & limita, ut per Firma.in uer.Famulus. Admittitur etiam famulus in testem pro domino in syndicatu; si causa non tangat ipsum famulum, & sit probatę uitæ. Iaffredus decis.387.Et contra etiam dominū Frā. Mar.decis.Delphi.q.917.num.6.lib.2.& Paris de Puteo in trac.syndica.uer.probatio D.m.Cęphalus in consi.171.nu.51.Item admittitur famulus & famula in testem pro domino tempore pestis.si sit honesta & omni exceptione maior. Corne.consi.170.uol.3.Barba.consi.58.col.8.uol.1. Crottus in consi.131.Et licet testis non sit omni exceptionę maior ipse famulus.Alex.in consi.18.in 1.D.m.Alcia.in consil.68.lib. 8.Rolan.à Valle.in consi.41.nu.25.Aemylia.cons.76.nu.4. Parisi.consi.67.nu.85.in 3.uol.Præsertim si diutissimè mansit in famulitio domini, & cum bona gratia, etiam ex eodem famulitio domini, & cum bona gratia, etiam ex eodem famulitio discessus, cum maneant quædā reliquiæ dominicæ. Hoc tamen totum iudicis arbitrio relinquitur. Tiraquellus Cessante causa in 1.par.nu.103.ubi & alia. Alberi.de Maletis in trac.de testibus c.2.nu.35.Vide Nouellum.regu.216.nu.9. & seq.& nu.82.Steph.Aufre.in trac.de testibus num.34.ubi fusius.& in uer.Famulus, nu.43.& Lanfr.in trac. de testibus. uer.testes nu.63.Anto.Gomez.in trac.de delic.c.10.nu.15. fol.411.Secus atque si per paucos dies, uel menses discessisset, dummodo tempore testificationis nō sit amplius famulus Zas.in consi.3.in 2.par.pagi.83.uide Ange.Areti.in §.pater

institu.

institu. de testa. nu. 5. Crottus in consi. 131. nu. 57. Admittitur etiam in testem famulus pro domino, quando est testis rogatus in instrumento, uel testamento etiam contra dominum Cepola cautela. 219. Non autem famuli Barifelli admittuntur in testes pro Barisello. Marsi. consi. 103. nu. 47. lib. 2. Nec Beroarii pro Potestate in Syndicatu non admittuntur in testes. ut probat Moncada in Addi. ad Crotum. in trac. de testibus par. 4. nu. 131. Item famulus & Pedisequa nō sunt testes idonei pro matrimonio clandestino. Ferrettus consil. 196. in 1. uol. Alex. de Neuo in consi. 1. nu. 2. Parte tamen non opponente est idonea Pedisequa. Iudex uerò potest eā repellere. Alex. Neuius in consi. 6. in. n. quę nō possunt probari, nisi per domesticos, admittuntur famuli, & ancillæ in testes. Idē Alexan. de Neuo in consi. 4. nu. 15. Campegius fusissimè in trac. de testibus regula 11. cum seq. Crottus de testibus par. 3. nu. 124. & par. 4. nu. 21. & seq. ubi Moncada. Et famuli Scholasticorum, Cerdonum, & simi. non admittuntur in testes, quia sunt personæ uiles. uide tamen ibi, quando habent, uel non habent salarium. Afflic. super constitu. lib. 3. rub. 53. de Aleatoribus nu. 18. ubi etiam, quando in factis domesticis familiares testificari possint? Fran. Mar. decis. Delphi. q. 92. & seq. li. 2. famuli autem Episcoporum & nobilium dominorum sunt pro eis testes fide digni, quia præsumitur pro patronis, q̄ non teneant, nisi familiares discretos, & bonę opinionis, licet quādoque habeant suspectos, & malæ opinionis, Pet. Rauen. in alphabeto aureo. fol. 179. col. 3. in prin. testis utiq; famulus, qui repelleretur, posset admitti de consensu partis. Firma. in Reperto. uer. testes, qui esse possunt? & an familiaris sit testis idoneus. plura. Anto. Gabriel. Communium conclu. titu. de testibus conclu. 10. ubi ponit amplia. & limita.

Questio LXXVI.

AN iudex potest iudicare in causa sui famuli? Respō. Nouellus. regu. 32. q̄ sic. Limita, ut ibi. uide Fran. Mar. de-

cis.

cis. Delphi. q. 437. ubi dicit hoc uerum, quando delinquit in officio. Nec est locus appellationi. Clar. in q. 35. uer. Solet etiam quandoque.

Quęstio LXXVII.

POtest ne officialis formare Inquisitionem contra iniuriãtes eius famulos? Respon. Bart. ꝙ sic. si notoriè sit effecta iniuria. Bar. in l. si quis forte. §. 1. ff. de pœnis. uide omnino d. Rolan. à Valle. in consi. 48. in 2. uol.

Quæstio LXXVIII.

FAmulus conductus defendendo dominum eius, occidit inimicũ. An teneatur de occiso? Respõ. Blancus in prac. crimi. in §. iuris permissione, nu. 36. pag. 116. non teneri.

Quęstio LXXIX.

QVid si seruus simpliciter moratur in domo alicuius. An debeat habere salarium, quãdo nõ est sibi promissum? Respon. Cast. in consi. 346. in 2. in nouis. Pet. Rebuff. in trac. de Priuilegiis schola. priuilegio. 163. & seq. Firma. in Reper. Bal. cõsi. 155. in 6. par. Nam inspicitur primò quid est actũ inter partes. Et si non apparet, debet inspici qualitas personarum, cuius scilicet industriæ, cuius peritiæ sit ille, qui ministerium pręstat. Et debet considerari, si sit homo pauper, qui non habet unde uiuat, nisi de suo labore, quia non est uerisimile, ꝙ uoluerit operari gratis. l. 1. ff. de uariis & extraordi. cogni. Ita dicit Pet. de Vbal. in trac. de duobus fratribus. circa 6. par. in fi. Tomo 8. uide Alex. conf. 109. in 6. uol. & debet omnino merces tribui famulo. Iuxta illud Dominicum. Dignus est mercenarius mercede sua, & qui fraudat aliquẽ mercede sua, sanguinẽ effudit c. imolans 24. q. 5. Cassane. in Ca-

talogo gloriæ Mundi in 3. par. considera. 1. nu. 8. uer. condescendo, Tiraquel. in l. si unquam. uer. facultatem. C. de reuo. dona. Neuiza. In sylua. fol. 9. Summa Angelica uer. famulus. ubi dicit, quod si seruus consueuit locare operas, & dominus conducere operas ministrorum, tenetur dominus soluere usque ad summam, qua alius fuisset conducturus. Argu. l. si non fortem. §. libertus. ff. de condi. inde. Archi. 1. q. 1. sunt. Natta in consi. 376. in 2. uol. Quid si fuit conductus sub mercede taxã da arbitrio domini? Respon. quod tunc iudicio boni uiri taxabitur. Summa Angelica uer. Arbiter. §. 10. Firma. uer. famulus. recedẽs à domino. Et no. quod seruus potest facere compelli dominum ad se inducẽdum, si hoc non faceret. Et hoc est de iure naturali, quia quis tenetur alere illum, cuius opera alitur. Et alimenta & uestitus debent prestari seruitoribus & ministris secũdum ordinem & dignitatem ipsorum, & plus sumpturus est domicellus quàm regacinus. Ang. in l. sed & quid, in prin. ff. de usufruc. & dic, quod licet seruitor, seù famulus à suo domino simpliciter debeat ab eo uestiri. Tamen si ex pacto seruiat pro alimentis tantum, prout faciũt Scholasticorum seruitores, eo recedente, tenebitur seruitor restituere uestimenta sibi facta. Bermon. in trac. de publicis Concubinariis. num. 32. fol. 325. Aliàs secùs, si non adsit pactum Cast. in l. peculium. ff. de pecu. Quod intelligit Cast. si sunt uestes quotidianę, secus si ad ornatum. Idem Cast. in l. id uestimentum. eo. tit. Et inquit Bal. in l. in his rebus. §. seruus. ff. solut. matr. col. 2. quod si famulus, uel famula recedit infra annum à domino, non reddit uestimẽta trita, prout extant, dominus potest retinere de salario, quanti est illud precium uestimentorum, per illũ tex. Vide Pet. Rebuffi. ubi supra, qui dicit, quod si famuli discedunt à domino, & eum relinquũt culpa sua, mercedem futurã amittunt. Vide Bal. in l. 2. nu. 2. col. 1. uer. Sed si quis promittit. C. loca. & in l. ędem. nu. 8. in prin. eo. ti. & Doc. in l. pen. ff. solu. mat. & in l. diuersitatis. C. de post limi. reue. & Iulium Ferre.

de militari iustitia nu. 13. Vbi dicit, ꝙ in actis, in quibus consideratur interesse pecuniarium, & nobis damnũ non sit, neq; interesse, ut in famulis militum, & ciuium, discedentibus, soluitur pro rata temporis salarium, sed si tantum damnum patiuntur milites, uel ciues ex eorum recessu, quantum commodum habuerunt ex seruitio & accessu, non tenentur propter compensationem hinc inde. Et not. ꝙ si famulus sit malus & fraudator poterit expelli ante tempus, & perdit salarium totius temporis. Rebuffus ubi supra nu. 12. Et poterit dominus propria auctoritate spoliare eius famulum uestimẽtis. Bal. d. §. seruus, quia istas uestes famuli non habent in proprietate, sed habent solummodo in usufructu, & intelligũtur prçcariò uel sub commodato à domino habere. Et ideò licitum est domino sua auctoritate sibi ius dicere. l. si seruus. C. ꝙ cum eo. Nam tenet iste famulus ista uestimẽta, sicut asinus sellam. Iuxta illud Virgilii. Sic uos non uobis uellera fertis oues. l. uestimentum. ff. de peculio. Quod intellige uerum, nisi uestes essent traditæ famulo æstimatç, quia tunc transit dominium in famulum & possessio, nec habet tunc dominus ius in uestibus, sed in precio, quãti autem precii esse debeant famuli uestes? ponit Bar. in l. fortissimis. C. de milita. ueste lib. 12. Et not. ꝙ etiam in famulis, & sumptu familię est seruanda consuetudo, ut inquit Bar. in l. super creandis. C. de iure fisci. lib. 10. Regulariter autẽ eum, cuius opera utimur alimentare, uestireq; tenemur. Roma. conf. 440. nu. 2. & potissimum, ut est dictum. Si est solitus locare operas suas pro famulo, quia consequi debet & uestimenta & salarium, licet non conuentum. Federi. de Senis in consi. 218. & Petr. Moncada in Addi. ad Crotũ. in trac. de testibus par. 4. nu. 139. & nu. 161. Et uide Capram regu. 88. nu. 46. Et si serui sunt pares in conditione & dignitate omnibus uiriliter debent præstari alimenta, secùs si dispares, & non inspicitur, quòd unus comedat & bibat plus quàm alter. Firma. uer. Alimenta ministris.

Quæstio

Quęstio LXXX.

COnduxi famuſum pro decem, & finito anno, eundem reconduxi, non facta mentione ſalarii. Quid iuris? Reſpō. ꝙ intelligitur reconductus famulus eodem precio, quo ante. Bald. in l. cum quidam ad fi. C. de iure do. per l. qui ad certū. ff. loca. Cremen. ſingu. 13. Viuius fuſiſſimè in ſuo communiū opi. uer. Officialis in 1. par. Scribentes in l. diem functo. ff. de officio adſeſſo. d. Rolan. a Valle in trac. de Lucro dotis q. 75. nu. 5.

Quæſtio LXXXI.

QVid ſi ſeruus, uel famulus iuret ſeruire per annum. An aſtringatur ſeruire per tale iuramentum? Reſpon. quòd ſic Alberi. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſo. in prin. quòd probat per illam l. & aliàs. Quod procedit, quando fuit liberum iuramentum, ſecùs ſi extortum. Gallus in conſi. 14. nu. 10.

Quæſtio LXXXII.

DOminus habet famulum per annum conductum, & moritur ipſe dominus infra annum. An ſeruus cōſequetur totius temporis ſalarium? Reſpon. Dec. & alii in l. diem functo. ff. de offi. Adſeſſo. quòd ſic, ſi alteri eius ſeruitium non locauit.

Quæſtio LXXXIII.

SEruus uſque ad annum locauit operas ſuas. Ad quæ tenetur ipſe ſeruus? Reſpō. Tenetur ſingulis diebus laborare, & continuè ſecundum morem famulorum. Lucas de Penna. in l. 1. C. de Agrico. lib. 11. & conſueta obſequia, & miniſterium ſeruile, & non ſeruile, ſecundum qualitatem ſerui facere tantum, & exercere tenetur. Iul. Ferre. in conſi. 9. nume. 1.

Sed an teneatur laborare etiam diebus festiuis requisitus à domino? Habetur de consecra.dist.3.Rogationes,in glo. ubi Archi.Alberi.in rub.C.de feriis.

Questio LXXXIIII.

AN pactum est licitũ,quòd famulus meus mihi soli operari debeat,durante tempore operarum, nec diuertere se ad contrariam operam,& mihi nociuam? Respon. Bald.in cons.445.nu.1.in 1.par.quòd sic,allegat.l.in operis.ff.loca. & Firma.In Reperto.

Quæstio LXXXV.

NVnquid seruus,& homo liber potest locare operas suas in perpetuum? Respon.quòd sic. Et est cõmunis opinio. Viuius communi opinione 162.in 2.par. Soarez in Thesauro litera O,nu.16.Nam potest seruire,etiam per substitutũ Alberi.in l.nominis quoque.ff.de usufruc.lega. Firma. uer. famulus.Ioan.Fab.institu.de iure persona.§.seruitus,nu.5.ubi bene.Nisi esset electa industria personæ.l. inter artifices. ubi Docto.ff.de solu.per illum tex.Pactum autẽ, quòd teneatur tibi perpetuò seruire est ipso iure nullum, glo. no.ubi Bal.in l.post certi.C.de liberali causa.Petr.Rauen. in suo aureo alphabe.uer.Pax.col.4.fol.109.

Quæstio LXXXVI.

NVnquid seruus cogi potest per patronum seruire aliò? Respon.Bar.in l.si nõ sortem.§.si libertus.ff. de condi. indebi.quòd sic,fusius Duen.regu. 304.Ange. ibi nu.5.in d. §.si libertus.Vbi an famulus possit per dominum conducentem alteri delegari,ut eędem operæ sibi præstentur? Et ita distinguit.Nã aut ille famulus est artifex?& potest. Aut est domicellus

micellus, qui est conductus, ut seruiat in mensa, uel associet dominum per ciuitatem, uel exhibeat aliud ministerium, cõcernens solum personam conducentis? & tunc alteri non potest delegari. Alex. ibi no. 10. & Cast. qui limitat. Nisi quando operanti afferet præiudicium, quia nullo casu fieri poterit, eo inuito. Vide omnino Petr. Rauen. in suo aureo alphab. uer. Quadriennii. col. 3. circa prin. Firma. uer. conductor famuli ubi bene.

Quæstio LXXXVII.

AN teneat pactum cum famulo, deputato ad uendendũ merces domini, quòd non possit uendere aliquas merces alteri sub pœna? Respon. Bal. consi. 445. nu. 1. in 1. parte incip. Titius locauit.

Quæstio LXXXVIII.

SEruus promisit non uendere talem rem, uel quid simile. An poterit per interpositam personam eas uendere? Respon. Bal. consi. 445. num. 3. lib. 1. ꝙ non, quia ueniret contra conuentionem. l. fraus. ff. de legibus. l. hæres meus. §. quòd in fraudem. ff. de condi. & demon.

Quæstio LXXXIX.

VBi pater, uel magister tenetur soluere cõdemnationem pro filio, uel famulo delinquente. An pater, uel magister est citandus? Respon. Iaffre. decis. 196.

Quæstio XC.

DAmnatus est seruus ratiociniis domino obligatus. An differatur eius pęna usque dum reddat rationem? Resp. quòd sic in l. 1. C. de bonis proscriptorum. Tancretus de ordine iudiciario. tit. de execu. sententiæ, pag. 122. ad fi.

Quæstio XCI.

AN militum famuli sint, ut domini restituendi? Respon. Dolanus. In suo de in integr. resti. mino. c. 338.

Quæstio XCII.

QVid si famulo, uel agenti negocia aliena soluitur salarium conuentum. An quicquid ultra datur, cẽseatur donatum? Respon. Arius Pinelus in l. 1. C. de bon. mater. in uer. infertur 3. pag. 320. q sic, quicquid enim ultra datur, etiam si dignè ob fidelitatem, diligentiamve datur, censebitur iure simplicis, liberalisq; donationis, contra mentem omnium ferè scribentium.

Quæstio XCIII.

QVæritur an famulus furti conscius, qui furto obuiare tenetur, in foro conscientiæ teneatur ad restitutionẽ? Respon. teneri. ex Domini. Soto. lib. 4. de iusti. & iure q. 7. art. 3. quem refert & sequitur Menochi. de arbit. iudi. casu. 355. nu. 3. lib. 2.

Quæstio XCIIII.

AN liceat dominis castigare suos seruos? Respon. quòd sic, leuiter tamen & moderatè. Menochius de arbitrio Iudicis. Casu 364. Bal. in l. Idem & si. §. quoniam, de usufruc. Si quis tamen immoderate seruum furti suspectum castigaret, punitur de excessu Iudicis arbitrio. Alex. consi. 75. lib. 3. Menoch. ibi nu. 14.

Quæstio XCV.

AN officiales teneantur pro eorum seruis uiuis & mortuis? Respon. Bart. in l. 1. §. familiæ. ff. de publica. & per

Doc.in l.1.C.de Asseſſo.& in l.quoties.ff. de Noxalib. Ferre.in trac.de Gabellis nu.218.

Quęſtio XCVI.

QVæritur admittuntur ne teſtes familiares & domeſtici in probanda ſæuitiâ uiri contra mulierem? Reſp.d.Rolan.à Valle.in conſi.27.in 3.

Quæſtio XCVII.

STatuto cauetur, ꝙ dominus teneatur ſoluere condemnationem pro famulo. Si famulus fuit condemnatus per contumaciam, quæ facit eum haberi pro confeſſo & conuicto ſecundum formam Statuti occaſione incendii. An dominus teneatur pro famulo? Reſpon. prout in conſi.20.inter conſ.cri. ꝙ non, quia eſt ficte confeſſus, & ficta confeſſio nõ attenditur in Statuto: Niſi in eo fiat mẽtio, ꝙ etiam habeat locum ſuper ficto. l.3.§.hæc uerba.ff.de nego.geſt.ſequitur.d.Rolã.à Valle.in conſi.29.nu.28.& ſeq.in 3.uol.

Quæſtio XCVIII.

NVnquid ſalarium peti poſſit ab eo, qui cum aliquo mercatore ꝓ famulo ſtetit? Reſpon. Petr.de Vbaldo In tractatu de duobus fratribus in 6.par.ſub nu.26.to.8.

Quęſtio XCIX.

EGo conduxi operas alicuius famuli pro famulãdo. Et poſtea illum exerceo in factis meis in aliqua Apotheca. An poterit dicere ſe fuiſſe ſocium in arte, in qua per me præpoſitus fuit? Reſpon. ꝙ non. Sed debet habere tantum ſalariũ

conuentum

conuentum.l.qui operas.ff.loca.Riminal.consi.356.nu.14. in 3.uol. Et ideo isti famuli, & familiares Cerdonum, & similium solum in Apothecis assistunt, & mercedem habere debent secundum operas. Alex.in Addi.ad Bar.in l.testium. in fi.prin.ff.de testibus. Et ii non sunt idonei testes pro suis magistris & patronis. Pet.Moncada in Addi. ad Crottũ in trac. de testibus par.4.n.139. Vide oĩno Bal.in consi.50. in 2. uol.

Quæstio C.

AN famuli missi ad Villam pro custodia, & ut laborarent grauari possint pro re & persona? Respon. Ferrettus de Gabellis nu.505. quòd non.

Quæstio CI.

AN seruiens per constitutum transferat possessionem? Respon. Tiraquel. in suo Constituti possessorii par. 3. limi.17.nu.1.

Quæstio CII.

QVid si quis mercedẽ recipere debeat ab aliquo ex operibus diurnis, uel famulatu. Et non petierit infra terminum à Statuto præfixum iusto impedimento detentus. An poterit postea petere? Respon. ꝙ sic. Petr. Duennas. regu.306.

Quæstio CIII.

QVid si famulus est infirmus. An infirmitas eum excuset? Respon. Bar. in l.opere.ff. de usufruc. lega. Abb.& Dec. in c.1.de Preben.& Dec. in c.significatum.nu.7.eo. tit. Abb.in c.1.de cleri.egro.uel debili.nu.6.ubi dicit, ꝙ quãdo seruus est infirmus pro tempore, durante infirmitate non debet

bet

bet habere salarium, ut est communis opinio, secundum ipsum ibi. Vide Ias. in l. diem functo, nu. 47. ff. de offic. Adsesso. Et communem dicit Couarru. Variarum lectio. lib. 3. c. 14. ubi differit ad partes. & tãdem cum communi residet. decis. Tholosa. 359. & Bar. in l. si uno. §. Item cum quidam, nu. 8. ff. loca. Alberi. in d. l. opere. & in l. arborib. §. de illo. ff. de usufruc. & quemadmo. Viuius Communi opi. uer. Famulus. in 2. par. Cagnol. in d. l. diem functo. nu. 215. Et nõ tenetur seruire per substitutum famulus infirmus l. fin. §. 1. & §. fin. C. de agen. in rebus lib. 12. Alberi. d. §. de illo, nu. 3. Tiraquel. in l. Boues. §. hoc sermone, nu. 63. ff. de uerb. sign. regu. 1. ubi etiã dicit, ꝙ si famulus promisit seruire per annum, & infirmatur, quòd non tenetur supplere anno sequenti. Et salarium debetur pro rata temporis, quo seruit. l. sed uno. §. cum quidã. ff. loca. Bal. consi. 43. in 2. uol. decis. Delphi. per Franc. Mar. q. 798. lib. 1. Ferrettus de militari iustitia nu. 117. Sed quando seruus possit seruire per substitutum. ponit Alberi. in l. quisquis censibus. C. de Episc. & cleri. Firma. in uer. Famulus. Et dominus famulo infirmo tenetur modicas expensas facere. Ferre. de militari iustitia, n. 117. Sed non magnas, decis. Tholosa. 263. Summa Angelica uer. Famulus, nu. 2. Quod intelligε ratione famulatus, secus si dominus tenetur, ut pauperi ibi, & Ioan. de Amicis consi. 98. nu. 13. Sed an teneatur dominus ad expensas & medicinas famulo? Bar. in l. cum dotem. §. sin autem in sęuissimo. ff. solut. matr. Sed an mortuo famulo nondum finito anno, præstari debeat integrum salarium eius hęredi? Respon. Franc. Mar. decis. Delphi. q. 798. Vbi dicit, quòd pro rata debetur. uide D. m. Cęphal. consil. 70. nu. 4. & 7. & consi. 71. nu. 3. 4. 13. 18. Viui. communi opi. 108. uer. Famulus, in 2. par. Sylua. consi. 28. nu. 2. & nu. 23. Vbi dicit quæstionem esse ualde dubiam. Et de rigore iuris est communis opinio, quòd famulus infirmus non debet habere salarium, secùs de æquitate.

Quæstio

Quęstio CIIII.

QVando debetur salarium famulitii famulo? Respon. Infra annum. & postea nó auditur. Focherius in prac. iudicia c. 36. & hæc quidem exceptio est commentitia, & si famuli tenentur uigore legis petere salarium in annum. Idem erit in ancillis. Petr. Rebuff. in trac. de Priuile. Scho. Priuile. 177. nu. 4. Limitat Duennas regu. 306. Vide Vasquiũ in tracta. de Successio. lib. 1. §. 10. nu. 33. Famulus tamen annalis debet habere salarium in fine anni, & si ante recedit, sibi imputet. Bal. in l. 2. C. loca.

Quæstio CV.

AN quis efficiatur seruus ex pacto? Respon. Baren. in tract. de formandis libellis, ꝙ non, & probat.

Quęstio CVI.

AN famulus possit acquirere ius perpetui famulatus, in domo alicuius? Respon. quòd non. Crauetta de antiquitate tempo. par. 4. nu. 233.

Quęstio CVII.

AN liceat domino donatũ seruo propria auctoritate illud auferre? Respõ. Cast. post alios in l. in his. §. 1. ff. sol. matr.

Quęstio CVIII.

RES famuli sunt illatæ in domo domini. An sint tacitè obligatæ domino ꝓ seruitio ipsius famuli? Resp. Bal. in l. certi iuris q. 4. C. loca. ꝙ non. de quo doctus uerus & Menochius de adipiscen. poss. nu. 145. in 3. remedio. Et ideò retineri non

ri non possunt, si recederet ante tempus. de quo Negusan. in tracta. de pigno. in 4. membro. 2. par. prin. nu. 151. Tomo 8. Scodobius in Auth. habita. pag. 43. C. ne filius pro patre. & in Auctario. litera A. ubi & alia. Et famulus dicitur de familia domini. l. 2. ff. de usu & habi. Alex. in consil. 140. nu. 7. in 2. uol. Et seruientes & ancillantes ueniunt appellatione domesticorum. glo. Instit. de testamen. §. in testi. uersic. in ea re. Alex. consil. 150. nu. 17. in 4. col. Et famulus dicitur habitare in loco, in quo habitat patronus. Bart. in consi. 42. Etiam, quòd exterus esset. Gramati. decis. Neapoli. 87. nu. 4.

Quæstio CIX.

FAmulus fuit expulsus per dominum sine causa. An debeat habere salarium pro toto tempore, quo non seruiuit? Respon. ꝙ sic, decis. Tholos. 268. ubi fusius. Sed pone famulus meus non uult amplius mihi seruire, ego uolo repellere, & de preterito tempore, uolo sibi aliquid dare. An possũ? Respon. Bald. in l. æde. C. loca. nu. 8. ꝙ si tãtum damnum patior de recessu, quantum commodum habui ex seruitio & accessu non teneor, propter compensationem hinc inde, si autem mihi non est damnum, neque interesse, soluere debeo pro rata temporis. Vide suprà.

Quæstio CX.

QVidam promisit resarcire omne damnum datum a famulo Scholastico. An tenebitur pro furto per famulũ commisso? Respon. ꝙ sic. Bal. in l. qđ Nerua. col. 4. C. deposi. de quo Gratus Responso. 154. nu. 24. lib. 2. Sed an stetur iuramento Scholastici de damno, uel furto passo? Respon. ꝙ non. quia aliter quàm per iuramentum debet constare tam de substantia damni, quàm de quantitate; ne duo specialia si

H mul

mul concurrant. Et regula se habet communis, ꝙ dispositio legis, uel statuti non habet locum contra tertium, si hoc non exprimatur. c. super eo. 2. de offi. dele. uide Dec. consil. 82. in fi. & consi. 146. col. 7. & in l. fi. col. 4. C. de edendo. uide Stracham de Assecura. in gloss. 31. nu. 4. Plot. in l. si quando. nu. 768. C. unde ui.

Quæstio CXI.

AN sit casus fortuitus, quando famulus furtum facit? Respon. ꝙ sic. Cagnolus. in l. contractus. nu. 24. ff. de reg. iur. Et est communis opinio. de qua Ias. in cons. 42. uol. 1. Bal. in l. 1. C. deposi. ubi reputatur casus fortuitus, quando uxor, uel famulus facit furtum, quia de eis erat confidẽdum. l. argentum. ff. commoda. Paris. cons. 156. nu. 20. in 4. uol. Et casus fortuitus est solum, quando à persona domestica fit. ut est cõmunis opinio. Cherianus in suo cõium opi. uer. furtũ.

Quæstio CXII.

FAmulus furatus fuit domino aliquid leue, puta Pitalphum uini, uel modicum de sale, uel carnibus salsis, uel aliis cibariis. An per iudicem puniri debeat? Respon. ꝙ non. Sed dominus eum puniet, uerberando cum loris, uel uirgis, uel aliis, moderatè tamen, ut inquit Beluisius in tract. cri. tit. de furtis nu. 9. Iodocus titu. de correctione nu. 1. lex est in l. respiciendum. §. furta. ff. de pœnis. Nec potest cõueniri actione furti, sed ui bonorum raptorum. Bar. in l. pretor. §. generaliter. nu. 2. ff. de ui bono. rap. Hoc tamẽ procedit, quoties semel hoc fecit. Sed si hodie surriperet rem uilem, & cras aliã, & alio die aliam & pluries res uiles furaretur, deberet furca suspendi. Ita dicit Bald. in l. penult. C. de furt. qui ita limitat text. in d. §. furta domestica, quem refert & sequitur Ariminẽsis in addi. ad Ang. in uer. uestem cœlestem. nu. 34.

Vitali.

Vitali.titu.de furibus. Iodocus titu.de furto num. 41. Dicit tamen Io.Fab.Insti.de pub.iudi.§.alia.ꝙ familiaris, uel seruitor, & iuuans illum suspenditur pro primo furto. Diaz. In practica criminali canonica.c.84.ad fin.pag. 144. D. Iulius Clarus in pract. crimi.lib.5.§.furtum.uersi.item excusatur. & uer.seq.

Quæstio CXIII.

AN dominus teneatur pro delicto serui, uel famuli subtrahentis res pignoratas, uel aliàs apud eum depositatas, seù aliàs penès eum existentes. Respon. Bald.consi.222. per totum. uol.2.ubi dicit, ꝙ si discipulus, uel famulus erat homo sibi & aliis nòtus, & pro fide habitus, qui postea fractis horreis aufugit, reputatur casus fortuitus. Et non tenetur dominus fœnerator, uel similis. Si uerò ignotus, & improbatus homo. Tunc esset in culpa, saltem leui, ille, qui fidit in eo. In quo homines mediocris diligentiæ nō debuissent confidere. l.ueteribus.C.de pactis.Firma.uer.famulus D.m. Alcia.cō si.153.In 5.uol. In nouis. uide Plotum in l. si quando. num. 768.C.unde ui.

Quæstio CXIIII.

AN liceat famulo furari tantam quantitatem, quę ęqui ualeat suæ mercedi, quam à domino consequi non potest, sicut & alius facere potest? Respon. Marsil.sing.177. Malitiis hominum, quòd sic. Et hæc est communis opinio. ut dicit Couarruuias uariarum lectio.lib.1.c.2.nu.15.uer.quarto eodem iure. Soarez in eius Thesauro. uer. furtum. num. 399. Arno.Soliloquio.45.Alexan.cōs.135.in 1. uol.D.m. Alciat.in cons.6.libr.7.col.2.Gramat.consil.50.Plot.in l.si quando.nu.874.C.unde ui. Iaffredus decis.140. & Alex. in cons.134.in 1.uol.ubi in terminis terminantibus pro Barbacina. Nam in conscientia non teneor, si furatus sum aliquid,

ut mihi satisfaciam de eo, in quo quis mihi tenebatur, nec aliter cõsequi poteram. Neuiza. in Sylua lib. 3. nu. 43. Cagnol. in l. non est singulis. ff. de regu. iur. & de origi. iur. nu. 206. & seq. facit dictum Bald. in cons. 345. in 4. ubi dicit, ꝙ qui iusta ratione credit se dominum, & ideò ui rapit, uel clã surripit, excusatur à furto. Idem si quis retinet rem meam, nec possim illam consequi per iudicem, possum illam licitè furto subtrahere, uel æquiualentem. l. ait prætor. §. si debitorẽ. ff. quæ in frau. cred. Inno. in c. olim. de restitu. spoliato. limita non procedere si oriretur scandalum, quia tunc non possem. Barba. in consil. 11. uol. 1. Iaffredus. d. decis. 140. Abb. in c. per prælatum. de his, quæ ui metusve causa. Tiraquell. de pœnis tempo. causa. 46. limi. 239. nu. 4. Fusius Couarruuias uariarum resolu. libr. 1. cap. 2. nu. 15. Et ita tenet Archiepiscopus Floren. in eius summa. part. 2. titu. de furto. c. 15. col. 2. circa prin. in §. 1. uide omnino. Tenẽtur tamen pœna arbitraria famuli furantes, ut de debito salario ipsis satisfiant. Alex. d. cõsil. 135. in 1. uol. de qua re etiam Monteleo. in practica arbitraria. pag. 437. uide l. extat. ff. qđ metus causa. Viui. communi opi. 133. in 2. par. furans. uerum inquit Dominus noster. Deuthoro. c. 24. Cum repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum, ut pignus auferas. uide decis. Pedemon. per D. Osascum. 68. nu. 31.

Quęstio CXV.

FAmulus occupat rem alienã. An præsumatur occupare mandato domini? Respon. ꝙ nõ. Etiam si res reperiatur apud eundem dominum. Bal. in l. 1. C. de episco. & cler.

Quæstio CXVI.

FAmulus creditoris rẽ repetit, & postea aufugit. An liberetur debitor? Respon. Ias. in l. si procuratori falso. nu. 11. de conditio. causa da.

Quæ-

Quæstio CXVII.

FAmulus non uult operari. An dominus poterit eum castigare? Respon. ꝙ sic. moderatè. quia familiaris inimicus pestis est in domo. Bald. in l. idem. §. si quoniam. ff. de usufruc. Hortor tamen cauendum esse ab hoc tanquàm ab igne, quia uidi tristum exitum sensisse dominos. Et in castigante famulum funiculo præsumitur, quòd non habuerit animum uulnerandi. Alex. cons. 75. libr. 3. vide Augusti. super Episto. Ioan. dicentem. Non putes te tũc amare seruum tuũ, quando eum non cedis, aut tunc amare filium tuum, quando ei non das disciplinam, aut tunc amare uicinum tuum, quando eum non corrigis, non est ista charitas ad emendandum & corrigendum, si sunt boni mores delectent, si autem mali emendentur.

Quæstio CXVIII.

FAmulus meus transit mercantias, & non soluit gabellã. An per hoc debent dici confiscatæ meæ mercantiæ? Respon. ꝙ non. Doc. in l. 1. C. de seruis expor. Guido Papæ singu. 21. Fran. Mar. decis. 63. lib. 1. & consuluit D.m. Alcia. in cons. 54. per totum. lib. 2.

Quæstio CXIX.

FAmulus meus minus diligenter in stalla tenuit lucernã, ob quod domus per me conducta fuit exusta. An tenear emendare damnum? Respon. ꝙ sic. uide tamen Cagnol. in l. contractus. nu. 70. ff. de regu. iur. & in l. culpa caret. num. 15. eo. titu. D. Rolan. à Valle. cons. 95. lib. 2. vbi dicit, quòd si famulus non est deputatus à domino ad custodiam ignis, non tenetur dominus pro eius famulo. Aliàs sic. vide Fran. Mar. decis. 61. lib. 1. & 521. lib. 2.

Quæ-

Quęſtio CXX.

ALiquis tenetur alere quempiam. An & ſeruitorem eius alere tenetur? Reſpon. quòd ſic. Rebuffus in tracta. de priuile. ſcho. priuilegio 163. Et no. quòd qui inuitat dominum, tenetur & eius ſeruitorem acceptare. Rebuf. ibi. nu. 10.

Quęſtio CXXI.

LEgatum ſit famulis, quibus famulis debetur? Reſpon. iis debetur famulis, qui ſunt famuli tempore teſtamenti. Et eſt deciſio Tholoſ. 190. l. ſi ita. ff. de auro & argen. legat. Etiam ſi eſſe deſierunt tempore mortis. l. Titia. ubi Ange. de manu. teſta. & no. in l. ſi cognatis. de reb. dub. Firma. in uer. legatum incertæ perſonæ. nu. 2. ubi idē dicit in pediſequis.

Quæſtio CXXII.

QVid ſi famulus cœpit ſtare cum duobus, uel tribus ſcholaſticis, & duo receſſerunt. An ſalarium minuatur? Reſpon. ꝙ ſic. quatenus labor minuitur. Bar. in l. Seio. ff. de annuis lega. & Bal. in l. liberti. C. de operis liber. & Bal. in Authen. habita. C. ne filius pro patre. Firma. in reperto. vide tamen Cagnol. in l. diem functo. num. 159. ff. de offic. adſeſſo. ubi quando hoc habeat locum.

Quæſtio CXXIII.

SEruus tenetur præſtare operas domino. An intelligatur de carnalibus? Reſpon. quòd non. Baueri. in §. eſt autem. col. 1. inſti. de hære. inſti. vbi etiam dicit, ꝙ punitur contrafaciens. Neuiza. in ſylua lib. 4. nu. 64. Nam debet comburi ſeruus, & dominus decapitari. l. unica. C. de mulieri. quæ ſeruis

propriis

propriis se iunxerunt, quod intellige in seruo in potestate. Refert tamen Papo. Aresto.4. fuisse furcis suspensum quendam famulum, qui cum domina adulterium commmiserat. D.Iul.Clar.in §.adulterium.uers.sed quæro quæ sit pœna.

Questio CXXIIII.

Famulus, uel seruus in officio deliquit. An priuatur salario? Respon.ꝗ sic.l.1. C.de statuis & imagi. ubi Paul. de Cast.per illum tex. ubi etiam dicit facere contra adulatores, quibus plenus est mundus. Adulatio autem est perditionis species.

Quæstio CXXV.

Qva pœna puniuntur personæ uiles, pro ut famuli, vel infames? Respon.ꝗ comburuntur, uel furcis suspendũtur.l.in seruorum.§.1.ff.de pœnis. Bal.in l.data opera. C.qui accusa.non possunt. Milleus in Prat.crimi. pag.2.num.141 Maximẽ famuli Potestatis diuidentes prædam cum aggressoribus uiarum, qui uiui debent comburi.ut dicit Bartol.in l.si quis.ff.de re milit.lib.12.Paris de Puteo in tracta.Syndica. §.an ex eo.pag.109.

Quæstio CXXVI.

Aliquis erat famulus tempore celebrati cõtractus. Nũc cũ debet testificari pro me super tali contractu desinit esse meus famulus. An pro me rectè testificari possit? Respon. ꝗ sic.Bar.in l.1.§.idem.ff.de quæstio.Marsi.plenè ibi. nu.1. pag.6.& Marsil.in l.unius.§.seruo.n.9.eo. tit. & supra dixi.

Questio CXXVII.

An famuli, quos milites secum ducunt de propria patria merentur in integrum restitui, sicut ipsi milites patroni?

troni?Respon.Cast.in l.1.nu.2.C.de uxo.milit. ꝙ non.quia ipsi vadunt sponte,& sponte possunt recedere. Ex causa tamẽ probabili,& necessaria restituuntur, puta, si sunt Chyrurgi, uel medici,aut aliàs necessarii serui.

Quęstio CXXVIII.

AN Domino sit parendum,qui iurare fecit famulum de veritate dicenda?Respon. Aut iste dominus est truculentus,& probabiliter est ferus. Et non tenetur, quia illicitũ fuit iuramentum. Aut mansuetus. Et probabiliter creditur, quòd non procedet,nisi rationabiliter,& debet parere. Summa Angelica.uer.famulus.nu.8.ubi latius.

Quæstio CXXIX.

DIgladiantur inuicem duo famuli. quæ nam dici potest talis digladiatio. An erit prælium corporale?Respon. quòd non.in l.1.per Bar.col.3.nu.14. C.de litis contesta. & Abb.in c.1.de litis contesta.Sed appellatur Badalucum.

Quæstio CXXX.

AN statutum in officialibus,habeat locum in seruitoribus?Respon.ꝙ non. Guido Pap.consi.30.nu.5. Nã ibi priuilegium concessum dominis non censetur concessum seruitoribus.

Quęstio CXXXI.

QVidam campsor semel dedit aureos centum cuidam iuueni eius famulo, & gargiono in Banco, qui postea eis usus fuit,nec detulit ad locum & personam destinatam. An furti teneatur?Respon. Ias.in l.in naue Saupheli.uer. idẽ iuris

iuris.ff.loca.& in §.quas verò.l.eius, qui in prouincia.col.4. nu.3.ff.si cer.peta. quòd non. Licèt fuerit Romæ laqueo suspensus. Nam si pecunia fuit tradita per modum commendę, uel depositi, numerando, si depositarius ea vtatur, non incurrit in pœnam furti, quia non dicitur furtum facere. Secùs, si per modum speciei sit tradita, vel deposita. vide decis. Tholosa.18. Sed contra Iasonem stat Cassanei, eius discipuli sententia.in cõsue.Burgun.§.5.pag.39.vbi dicit determinationem Ias.esse contra tex.in l.si mandauero.§.si dedero. ff.mãda.ibi in textu centum.erat igitur numeratio, & tamen furti tenetur.vide Crotum cons.41. per totum. & d. Iul. Clar. in §.furtum.uer.posset etiam.vbi dicit, quòd fuit laqueo suspẽsus quidam famulus, cui dominus pecuniam tradiderat. vt alteri mutuaret, & ipse illã conuertit in vsus proprios. pro quo fuit aduocatus Imola.vt ipse fatetur. in l. si tibi dederim. ff. de dona.& in l.Cassius. ff. de sol. quem refert Igneus in l.1. nu.91.& seq.ff.ad Sylla. Subdens, quòd ita Rothomagi fuit pluries iudicatum, & aliàs etiam exequutum in quibusdam ancillis, vt fusius ibi Clar. vide omnino. Sed vide Crauettã in cons.244.num.8.vers. Quam opinionem. vbi dicit, quòd quando traditur pecunia numerata nuntio diuiti, quia tradens tunc non videtur curare. An tradat in genere, vel specie. nisi ex verbis committentis pecunias apparet, quòd eas in specie commisit, ut quia dictum sit istas pecunias tali viro inferes, uel numero tibi centum aureos, vt eos ipsos ad talẽ referas, vel talem meam pecuniam tali reddes. Secùs si dictũ sit. Accipe talem pecuniam, ut tali soluas pro me, nam hic solum dictum fuit de effectu solutionis, non de qua pecunia. Quid modo, si pecunia taliter cõsignata, vt suprà, furto subtracta fuit tali famulo? Respon. D.m.Alcia. in cõs.152.in 5. vol.per totum. Subdens, quòd dominus non tenetur de culpa, quando famulus aufugit, & pecuniam, vel rem depositatam asportauit. Et fuga famuli facit indicium ad torturam.

Blancus in l.fi.ff.de quæst.ver.fuga famuli nu. 423. vide Parisi.in consi.156.in 4.vol.

Quæstio CXXXII.

NVnquid vestes lugubres debeantur, etiam famulis magnorum virorum defunctorum? Respon.quòd sic. Secùs, si patroni defuncti sunt viles personæ. l. si ex re. §.illud. vbi Alex.ff.de stipula.seruo.

Quæstio CXXXIII.

FAmulus subpignorauit librũ domini scholastici Iudæo, scienti eum esse scholastici. An dominus poterit librũ suum ab eo repetere, si non de plano vult reddere? Respon.quod sic.per condictionem ob turpem causam. ita Bal.in l.seruus cuiusdam. ff.de condic. indebiti.vide plenè per Marquar.in tractatu de Iudæis par.1.c.12.nu.18. & Abb.in c.quod clerici. de foro compe.de quo Cremen.singu.81.Marsil.sing.13.

Quæstio CXXXIIII.

AN Christianus possit esse famulus Iudæi? Respon. quod non.Marquardus.de Iudæis.par.1.c.4.nu.14.

Quęstio CXXXV.

FAmulus surripit vestes, vel aliqua mobilia alicuius, & defert ad hebræos ad subpignorandum. An hebræi ipsi recipientes tales res alienas scienter pignori, dicantur furtũ committere? Respon.quòd sic.Bal.in l.seruus. ff. de condic. indebi.Secùs, si ignoranter. vide Marquar.in tractat. de Iudæis.par.1.q.12.nu.18.

Quæ-

Quæstio CXXXVI.

FAmulus portauit pignus ad Iudęum fœneratorem, & Iudæus postea negat pignus sibi datum. An cogitur edere libros, ad fundandum actoris intentionem? Respon. quòd sic. Vide tamen Dec. in c. ex epistolæ. nu. 20. de proba.

Quæstio CXXXVII.

QVid si famulus dicat iniuriam alicui nobili, ob quã dedecus esset ei adire Prætorem. An talis nobilis poterit ei inferre alapam? Respon. quòd sic. Gramati. decis. Neapoli. 14. quia aliàs prætor rem poneret in derisum. allegat Paul. de Cast. in cons. 190. In causa carceratorum. quem sequitur Ariminen. in Addi. ad Ange. de Malefi. in verbo Andream auxiliatorem.

Quæstio CXXXVIII.

IVris explorati est, quòd filius naturalis, uel spurius à patre, vel eius hæredibus ali debet. vt aliàs dixi. Quid si ex famulatu potest sibi aliméta parare. An debeat ali? Respon. quòd sic. quando esset summæ verecundiæ tale exercitium famulatus exercere, vel aliquam artem mechanicam facere, & esset ortus ex honorato patre. & de familia honesta D. Rolan. à Valle. in cons. 54. nu. 70. vol. 2. & in cons. 55. nu. 5. eo. vol. & in cons. 14. nu. 50. in 3. vol. Bursatus cons. 83. & consi. 62. nu. 12. ubi communiorem dicit. Si autem haberet aliquã honestam artem, unde se posset sustentare, secus esset, quia tunc cessaret naturalis æquitas, vel canonica. nec esset alendus D. Rolan. à Valle cons. 119. in 2. vol. & ita concludit D. m. Alcia. cons. 213. nu. 16. lib. vlt. ubi dicit, quòd quando esset iuuenis, ualidus, & haberet exercitium & artificium, ita, quòd posset largè expensas lucrari, non deberentur ei alimẽ

ta,quia aliàs esset incitare ipsum ad inertiam.l.si quis à liberis.§.sed si filius.ff.de libe.agno.ubi inquit lex. Eum, qui ex operibus suis possit ali, summoueri à petitione alimẽtorum, prout etiam est tex.ubi omnes in l.1.C.de medican. ualidis. lib.11.uide Franc.Mar.decis.Delphi.q.457.libr.2.Capici. decis.Neapol. 64. Chircouius.in suo communium opi.Centuria.1.conclu.48.nu.6.pag.119. Et quando dicatur habere,unde se alat, ponit Aemylia.cons.139.& Crauetta consi. 199.In omnem tamen casum tenentur filii, quibus alimenta præstantur,operari ipsi patri, aliàs non debent ali D. m. Alcia.in cons.36.in 5. par. Et licèt pater non teneatur alere filium,quando habet,unde se alat. hoc procedit, quando pater tenetur tãtum officio iudicis alere. Secùs,si iure actionis, ut ex lege,uel statuto.quia liceat habeat,unde se alat,tamen ipse pater nihilominus alere tenetur D. m.Alcia. consil. 88. in 5.uol.Rui.consi.80.num.5. & seq.in 2.uol. Alciat.consil. 338.& consi.267.num.5.

Quæstio CXXXIX.

AN stãdum sit libro rationum domini,qui in eo scripsit seruum sibi debere?Respon.ꝙ nõ.Nisi sit inserta iusta, & uera causa.tex.est in l.non solum.§.an debitor. ubi Bartono.ff.de peculio. quod totum tamen pendet à materia legis nuda ratio.ff.de dona.Ias.in §.actiones.n.33.insti. de actio.

Quæstio CXL.

NVnquid dominus mittere possit famulum, quãdo colligũtur fructus,ut uideat, ne colonus partiarius fraudet eum?Respon.Cotta rerum memora.uersi.fructus,ꝙ sic.Subdens,ꝙ oporteret,ꝙ famulus ille esset oculatior argo, si uellet occurrere fraudibus rusticorũ. Et incideret in illud. Sed

quis custodiet ipso custode? Subdola rusticitas patitur, uiolenta superbit. Pungentem pungit, pungētem rusticus ungit. Vel contingeret illud euangelicum. Matthæi c.21. ubi rustici interfecerunt seruos missos à domino, ut acciperēt fructus uineæ. Est Euangelium.93. uide Petrarcham de remedio utriusque fortunæ. li.2. Dialogo 59. vbi de villico malo & superbo. Et ibi etiam dicit, ꝙ mutare uillicum non prodest. Ad unum modū fermè omnes facti sunt, nisi, ꝙ semper peior est vltimus. vide Iac. de S. Georgio in trac. de feudis. ubi de roy dis agit, qui est ultimus. num.52. vbi dicit, ꝙ dominus potest ponere inspectorem, qui uideat quantitatēm messium, & uindemiæ. Et potest apponere pœnam, ne rustici colligant messem, uel uindemiam, nisi prius ea uisa, quia dubitet fraudari. allegat not. per Bal. in l. si ita. §. dominus. ff. de usu & habita. & no. Ang. in Auth. nunc hæres. C. de litigiosis. Et ita dicit fuisse iudicatum ipso Iacobino consultore. Et subdit Ang. ꝙ si dominus habeat vasallum suspectum potest pro suo interesse apponere custodem in castro vasalli, ꝙ dicit not. contra rusticos. Et no. ꝙ rusticus est maledictus, vt dicit Bart. in l.1. C. sine censu, uel reliquis. & in l.2. C. quādo liceat ab empt. discede. & Aret. in cons.115. in fi. dicit, maledictus sit iste rusticus in ęternum, qui sibi fecit manū fessam in scribendo. Et dicunt rustici, qui timet de aīa nunq̄ erit diues, qui timet de corpore nunq̄ erit audens. Neuiza. in Sylua li.4. nu.6. de tenacitate aūt rusticorum scribit Card. Papien. episto. & Ias. io cosè inducebat in uoce. rubr. C. ne rustici in ullum obsequiū uocentur. lib.11. ad propositum, quòd nullatenus sunt obsequiosi rustici.

Quæstio CXLI.

STatutum uult dominum teneri pro seruo. An erit locus statuto, si seruus in contumaciam fuerit cōdemnatus. Respō. ꝙ nō. Fely. in c. cū Bertoldus. n.20. de sentētia & re iudi.

Quæ-

Quæstio CXLII.

DOminus soluit pœnam pro famulo. An teneatur sibi restituere, quod soluit famulus? Respon. Specula. titu. de iniur. & dam. dati. ver. in sũma. ubi & Bal. in addi. quòd sic.

Questio CXLIII.

AN testes satis probant, qui deponunt se uidisse stare, & famulari per tres annos continuos in domo Titii, licèt interrogati responderent, eum non vidisse singulis diebus & horis stare? Respon. Corn. in cons. 171. in 2. uol. ad fi. Amodeus de syndica. in rubr. qua pœna puniuntur officiales de negligentia. uer. item in eo & de eo. de quo Benintendius decis. Bono. 43. nu. 13. ubi, quòd sic.

Quæstio CXLIIII.

QVid si delictum fuit commissum intra domum. Quid agendum pro informatione. Respon. Foller. in prat. crimi. titu. capiant informationem. nu. 20. dicens, quòd pro informatione debêt examinari serui, & famuli, & omnes de domo, qui tamen fuerunt præsentes tempore perpetrati delicti. Qui dicantur familiares, domestici, adhærentes, complices? Marsil. in l. 1. §. præterea. uer. Et qui dicantur nu. 82. pagi. 36. ff. de quæstio. Frãc. Mar. decis. Delphi. 181. nu. 3. li. 2.

Questio CXLV.

QVid si famulus publicani exigit per fraudem amplius quàm quid debet? Respon. quòd in duplum tenetur publicanus. Et si per uim in quadruplũ. l. cotem. ff. de publica. Vitali. in tract. malefi. titu. de collegiis illicitis. nu. 3. Iodocus.

docus in prat. titu. de Teoloniis ac aliis exactionibus. Si tamen seruus, etiam liber homo exhiberetur à Publicano, suo iure tenetur, & erit liberatus publicanus. Bar. in l. 1. §. qui no uissimè. num. 1. per d. l. & seq. ff. de publica. Fran. Mar. decis. Delphi. 425. De pœna autem domini, vel patris non exhibẽtis seruum, vel filium. vide per eundem Fran. Mar. decis. Del phi. q. 426. lib. 1.

Quæstio CXLVI.

PRæcepi famulo meo, quòd mutuò reciperet pecuniam, uel quid aliud, qui ita fecit. Ob id conueniri ne potero? Respon. Fab. insti. quòd cum eo. §. si igitur. num. 3. quòd sic. utili (scilicet) institoria, sed qualiter probabitur famulum esse præpositum tali, & tali officio? Respon. Bart. in l. 1. §. familiæ. ff. de publica. Eo ipso probari, quòd officium exercet do mino sciente, uidetur enim quis eum proponere. l. 1. §. magistrum. ff. de exercito. Fran. Mar. decis. Delphi. 469. lib. 2. Et ibi habetur. An ex contractu institoris, seù factoris competat actio domino, absque cessione? vbi determinat, quòd nõ. nisi in subsidium, quando non esset soluendo, uel quando esset absens. Quid si famulus cõtrahit cum aliquo, vel accipit mu tuò pecuniam, & dicit se hoc facere de mandato domini, & tamen nõ sit uerum. Postea ipse famulus scribat ad dominũ, quomodo contraxit cum tali, & petit ab eo, ut soluat dictam pecuniam creditori, si dominus recipit dictas literas, & non contradicat. An videatur tacitè consentire? Respon. Cæpola quòd sic. cautela 9. Et ideò mãdati, uel iussu tenetur. Rui. cons. 81. num. 19. in 3. uol.

Quæstio CXLVII.

QVæro qualis actio competat contra dominum, qui famulum suum mercari proposuit, contrahere, uel quid

aliud agere? Respon. Specula. titu. de obliga. generali. ubi fu sissi. Aret. in §. igitur. nu. 1. insti. quòd cum eo. Limita, ut per Aret. instit. de noxalib. in prin. nu. 2.

Quęstio CXLVIII.

AN dominus teneatur ex mala custodia famuli pastoris. Respon. Cassã. in consuet. Burgun. §. 6. nu. 12. pag. 72. Gozad. cons. 63. Aemylia. cons. 103. Nam mala electio est in culpa. Franc. Mar. decisione 524. uide omnino.

Quæstio CXLIX.

NVnquid famulus gregis & bestiarũ custos teneatur de mala custodia? Respon. quòd sic. Bal. in l. 1. C. loca. ubi plenè Cagnol. in l. contractus, nu. 23. ff. de reg. iur. Plotus in repet. l. si quando. nu. 750. C. unde ui. Gozadin. cons. 103. & cons. 63. nu. 3. Et an teneatur de casu fortuito & aliis? Resp. Corn. cons. 28. in 3. per totum. Ias. & alii in l. si pascenda pecora. nu. 4. C. de pac. Bal. in l. 1. nu. 12. uersi. quęro an uincã? C. de ędili. actio. Aemylia. cons. 103. Dec. in l. quod te. nu. 9. ff. si cert. peta. Corne. cons. 108. in 1. par.

Quęstio CL.

AN res, quæ sunt in domo possunt probari ꝑ familiares? Resp. Saly. in l. lex quæ. C. de admi. tuto. per illũ text.

Quęstio CLI.

AN famuli dominorũ simul uexãtes intelligant rũpere pacẽ dominorũ. Et utrum domini pro ipsis teneantur? Resp. ꝙ sic. Si uiolaret pax ꝑꝑ eorũ discordiã, & domini tene

rentur

rentur ꝓ eis. Nouell. in prat. crimi. in fi. tit. de pace. n. 79. Ferret. de treuga & pace. nu. 87. Moronus de fide, treug. & pace.

Quæstio CLII.

QVid si fiat iniuria famulo. An ei spectat remissio iiurię, uel domino? Respon. Aut fit iniuria ꝓꝑ dominũ, & domino spectat remissio. Aut ipsi famulo in ipsius iniuriam. Et ipsi tantum spectat remissio. Bossi. titu. de pace nu. 17.

Quæstio CLIII.

IVris extat dispositio, ꝙ expēdens pro alio iurare debet nō expendere, nisi pro cōmissione. An si sit famulus scholastici, de quo est suspicio periurii, debeat iurare? Resp. ꝙ nō. quia incideret in periurium, etiam pro modico, quod fraudaret. Card. in cle. 1. §. porrò. de hęreticis, Bertachi. uer. expēdens.

Quæstio CLIIII.

QVid si in loco dominus unũ, uel duos habet seruitores. An dicatur habitare cum familia? Resp. D. m. Alciat. cons. 163. in 5. li. ꝙ non, allegat l. detestatio. §. fi. ff. de ver. sig.

Quæstio CLV.

AN liceat famulo stare in lecto, & striglia fricare equos domini? Resp. ꝙ nō. Et ideo in obsidione Troię in exercitu græcorũ fustigabatur Liptopus ꝓꝑ pigritiā suam. Nā illo segnior fuit nemo unq̄ in toto argolico exercitu. Ferret. de militari iustitia. nu. 103.

Questio CLVI.

FAmulus scholaris puta, eius librum pignorat alicui fœneratori ignorante domino, qũo ei succurretur? Resp.

remedio l.fi.C.de acqui.poss.quod est ual de utile. Si quãdo scholaris non posset probare eius dominium, uel titulum.d. Cæsar Contardus in l.1.nu.86.si de momenta.poss. fue. ap. fol.60.

Quæstio CLVII.

DOminus est exemptus à solutione Pedagii. An teneatur soluere pedagium pro famulis? Respon. q sic Bald. in l. usurpatione.& ibi per Saly.C.de uectiga.& commissis. Nec ualet priuilegium exemptionis l.omnium,eo. titu. Nisi fiat specialis clausula derogatoria. Secundum Bertachi. in tract. de Gabellis in 7.par.q.9.Franc. Mar. decis. Delphi. q.423. nu.3.lib.2. Nam priuilegium concessum dominis, non trahitur ad famulos, secundum magis communem opinionem, de qua per Capici.decis. 12. Hercula. in tract. de Cautione de non offen.c.19. nu. 3.& nu.4. Et an priuilegium concessum alicui trahatur ad eius adhærentes, famulos, familiares, factores, & huiusmodi? Vide ibi Dec.in regu.in omnibus,nu.9. ff.de reg.iur. Et priuilegia concessa famulis fauore dominorum durant, quamdiu sunt in eorum seruitio, quia cessante causa cessat effectus, & consequenter cessante causa fauoris, cessat fauor. Tiraquellus cessante causa.uer.fauoris causa.nume.104.

Quæstio CLVIII.

AN famuli, qui seruilis non sunt conditionis, ad hoc, ut absoluantur à manuum iniectione, quam in clericos intulerunt, Papam adire tenentur? Respon. q sic Fran. Mar.decis.826.lib. 2. Fallit, si essent minores 25. annis, ut in decis. 868.eo.lib.

Quæstio CLIX.

NVnquid debitor soluens famulo creditoris, de quo creditor confidere consueuit, & fugiat, liberatur? Respon.

Alex.

Alexã.in l.argentum.ff. commodati. ꝙ sic.Licet cum re,uel pecunia fugiat.Bar.in l.eum qui.§.si.eo.tit.Bald.in l.si is.C. de fur.Idem,si soluat Factori Apothecę.Casus est singularis, secundum Dyn.in l.ꝙ seruus,in fi.ff.de solu.Et si quis mittit rem per aliquem inopem,non tenetur,si erat bonus, & legalis,secùs si malus,quia sibi imputet.Bart.in l.si suspectum.ff. de suspec.tuto.& Alex.in d.l.argentum.

Quæstio CLX.

AN dominus pro seruo,uel famulo teneatur Statuto?Respon.decis.Tholo.195. Et quando Statutum vult dominum teneri pro famulo.Intelligitur quando erat famulus tempore delicti.Bar.in l.Titius.ff.de testa.mili.Areti.institu.de legiti.agna.successio.nu.3.in prin.uide D.m.Alcia.in trac.Præsump.regu.3.Præsumptio. 40. ubi ponit fallen. Et de ualiditate ipsius Statuti.Ana.consil.2. ubi etiam. An per Statutum induci possit,ut dominus teneatur pro famulo? Et Alberi.tenet,ꝙ sic.In quæstio.ad Statuta.q.50.in 1.partę & q.52.Arno.Dialo.4.

Questio CLXI.

QVid si dominus nominat eius seruum filium. An ideò eum facit filium?Respon.ꝙ non.l.unica.§. simili modo C.de latina liberta.tollen. quia non attenditur denominatio,sed effectus,Gomes.in regu. Cancella. titu. de Trienna. poss.q.4.litera E,pagi.338.

Quæstio CLXII.

QVid si ex pacto quis promisit seruum, uel famulum furtum non facere,An teneatur,si furtum faciat? Respon. ꝙ sic,tex.est in l.Non impossibile.ff.de pac. Nam qui negle-

xit seruum fieri furem, tenetur ex pacto, quo promisit, seruũ furtum non facere. Gomes. in regu. cancellariæ. de trienna. posse. q. 28. In epilogo negligentiæ. casu 38. pag. 397.

Quæstio CLXIII.

QVid modo, si me tibi obligaui de culpa seruitoris. An intelligor obligatus, etiam de dolo? Respõ. Bar. ꝙ sic. in l. magistratus. ff. de magistra. quia sub nomine culpæ comprehẽditur dolus. Bar. in l. qđ Nerua. in 3. col. ff. depos. Aret. in §. præterea. nu. 22. insti. de actio. Abb. in c. 1. de mand. Alex. in l. etiam. §. licèt. ff. solu. mat. Et si dominus tenetur pro delicto famuli, etiam ex statuto, requiritur, ꝙ sit seruus tempore delicti. Aliàs non tenetur, Aret. in stit. de legiti. agnato. successio. in princ. nu. 3. Et obligatus ex delicto famuli, dicitur obligatus ex quasi delicto. §. 1. institu. de obliga. quæ ex quasi delic. & Floria. in l. 1. §. quòd cum. ff. de iis, qui deiece. uel effu. Quando aũt teneatur fideiussor famuli? ponit Bossi. in prac. tit. de carcerato. nu. 58. Caueant itaque omnes, ne accipiant famulum, qui non potest inuenire laudatorem, & fideiussorem, ut discant exemplo Petri Rauen. in eius aureo alphabe. in uer. famulus. in fi. quia tales sunt trufatores.

Quæstio CLXIIII.

AN negligentes in non eligendis bonis seruis, & ministris, puniantur? Respon. ꝙ sic. l. si seruum. §. seruum. & §. fornicarius. ff. ad l. aquil. Gomes. in regu. cancellariæ de triennali poss. q. 28. casu 49.

Quæstio CLXV.

QVid si seruus sit uetitus rationes reddere à testatore. An negligens teneatur? Respon. quòd nõ. casus est no.

in l. si

in l.si seruus uetitus.ff.de legi. Gomes.in regu. cancella. de trienna.poss.casu 7.q.28.pag.404.

Quęstio CLXVI.

NVnquid dominus pro domesticis minoribus delictis ligare seruum,aut carceri mancipare queat? Resp. q sic. Et idem in famulo mercenario, qui moderatè castigare pōt. ut dicit Io.Fab.insti.de iis,qui sunt sui.§.sed hoc tēpore.Sed tutius est,eos sinere abire,ne id cōtingat,quod contigisse dicit D.Mantua Francisco Parmæ,& Francisco Niconitio, qui fuerunt à famulis interēpti D.Mantua in catalogo Doctorū.

Quæstio CLXVII.

QVid si famulus alterius ex sociis dedit damnū. An eius dominus teneatur? Respon. Aut famulus socii fuit talis,de quo præsumebatur, quòd faceret damnū? Et tenetur. Aliàs secùs.l.eum qui. §.fi. ff.commo.l.uideamus. ff. locat. iuncto tex.insti.de noxali.in prin.ita Io.Fab.in §.Socius.nu. 3.insti.de societa.

Quæstio CLXVIII.

MItto tibi pecunias per famulum,uel nuntium meum,& eas perdit. Cuius nam erit periculo? Respon.ut in l.nō ob eam.ff.pro socio.facit l.de illo.§.1.in glo.ante.in fin.& l. planè,pro socio. Io.Fab.insti.de Societa.§.socius.nu.3.uide omnino Emanuelem Soarez. in eius thesauro communium opinionum.uer.furtum.nu.400.

Quæ-

Quæstio CLXIX.

QVid si furtum sit factum à famulo, uel seruo mittentis rem aliquam alicui, uel à seruo recipientis illam. An liberatur mittens, uel is ad quem res mittitur? Respon. quòd si seruus eius sit conditionis, ꝙ & similia negocia gerere sit solitus, furti damnũ patietur ille, ad quẽ res est remissa. Et ista est communis opinio. Soarez. in uer. Furtum num. 400. Nisi res illa sit pecunia, aut res aliqua, qui in genere deberet eius missor. Vel nisi expressè fuisset conuentum rem illam à debitore apportandam esse creditori. Vide ibi latius, & Cagnol. in l. 1. §. si procurator. nu. 3. ff. si quis ius dicen. non ob. & dixi supra.

Quæstio CLXX.

NVnquid seruus, qui alicui tenetur reddere rationes, illarum libros reddere cogatur? Respon. ꝙ sic. Et ista est communis opinio. Soarez. Communi opi. uer. rationes.

Questio CLXXI.

QVid si famulus facit furtum domino. An poterit dominus eum punire? Respon. quòd sic. Leui scilicet pœna, & eum in carceribus ponere. Si autẽ seruus esset inobediens, & nollet rem furtiuam reddere, potest dominus adire Iudicem, & eius officium implorare, qui seuerius uindicabit. Ioã. Fab. in §. 2. autem insti. de obliga. quæ ex delic. nas. ubi subdit, quòd si seruus, uel filiusfamilias tradat rem furtiuã sciẽti rem furtiuam, & acceptanti, tenetur furti. l. eos. C. de furtis. Et idem dici potest in Abbate, & Monachis c. quanto de off. ordi. Nec iudex potest aliter se intromittere ex officio, nec punire famulos, nisi esset magnum furtum, & magnæ rei probat Io. Fab. ibi. Vide gl. uer. familiæ. in Prag. de collatio.

Quæ-

Quæstio CLXXII.

QVæro quinam sint seruientes? Respon. Guil. Rouille. in trac. de iustitia & iniustitia, quod sunt officiales, per quos litis executio, & ipsius causæ reparatio iubente Iudice expeditur. Azo In rub. de Sportulis, & diuersimodè uocantur.

Quæstio CLXXIII.

ALiquis est præpositus ad custodiam alicuius Territorii, & est facta robaria ibidem per eius famulos. An teneatur pro eius famulis dominus? Resp. quòd sic l. 1. §. familię. ff de publica. Sic & Potestas, & Rector tenetur pro eorũ famulis. l. si post. C. de Adsesso. Liberantur tamen prædicti, exhibendo malefactores, ut in d. §. familiæ, & l. si cum exhibuissent. ff. de publi. & in glo. familiæ. In Pragma. de colla. & supra scripsi.

Quæstio CLXXIIII.

DIctum est supra, quòd Rector hospitii tenetur pro famulo malefactore. Sed an sufficeret exhibere malefactorem? Respon. quòd non. Sed est in optione damnificati agere, uel contra dominum hospitantem, uel contra famulos. l. 1. ff. furti aduer. nautas. Latè Bal. in l. obseruare. ff. de offic. proconsulis. Vbi idem dicit in nauta, qui tenetur ex maleficio facto per eius famulum, ciuiliter tamen. In Prag. de collatio. in glo. familiæ.

Quęstio CLXXV.

NVnquid dominus tenetur pro delicto famuli, commisso in re, cuius custodia spectabat ad dominum? Respon. quòd sic Alex. in l. Nequid, de incendio, naufragio.

Quę-

Quęstio CLXXVI.

VBi nam dicatur habitare famulus?Respon.Bar.in consi.42.nu.3.ubi dicit,quòd dicitur habitare, ubi habitat dominus.uide suprà.

Quæstio CLXXVII.

NVnquid liceat domino uerberibus afficere seruum sui coloni in correctionem? Resp. quòd sic. Calepha.post consi. crimi. decis. 4. ubi famulus mei coloni damnum dans in fundo meo tanquàm famulus & mercenarius per me dominum castigari potest.

Quęstio CLXXVIII.

AN discipulu s,seu fabri famulus, qui conuenit stare cũ magistro per triennium, & dare totum lucrum, quod faceret,mortuo magistro, teneatur stare cum hæredibus, & eius lucrum dare? Respon. Alberi. in l.inter artifices. quòd non.ff.de solu.& ibi latius.

Quęstio CLXXIX.

QVomodo probabit famulus, quòd sit de familia? Respon. Ang.in l.1.§.quòd nouissimè.ff.de publica.

Quæstio CLXXX.

QValiter probabit famulus, quòd sit præpositus ad tale officium? Respon.Ang.in l.1.§.quòd nouissimè. ff.de publica.

Quæ-

Quæstio CLXXXI.

COncessus fuit domino saluusconductus. An comprehen dat eius seruum? Respon. quod sic. Ferrettus de fide seruan da. nu. 13. Sic & socii & res domini, Hercula. de cautione. c. 37. Fely. in c. urgentis. de hæret. Cagnol. in l. ea sola. ad fi. ff. de regu. iur.

Quæstio CLXXXII.

FAmulus meus transit mercantias meas absque soluendo pedagium. An propter hoc mercantiæ ipsę debeant dici confiscatæ? Respon. Guido Pap. singu. 21. Doct. in l. 1. C. de seruis exportan.

Quęstio CLXXXIII.

AN famulus tutoris potest esse testis in causa p up illi? Respon. quòd sic. Bal. cons. 444. in 1. par. idem, si sit famulus Abbatis potest esse testis in causa monasterii.

Quęstio CLXXXIIII.

MAndans famulis dominus decimam percipere de aliquibus campis. Si inuenerint resistētes, & uenerint ad arma. An si quisquàm resistentium occidatur, mādans teneatur. Respon. Cæpola quod non. in cons. 36. nu. 8.

Quæstio CLXXXV.

FAmulus, uel famula reperit in domo alicuius mortuus uel mortua, aduersus quem stabit præsumptio? Respon. Gramat. uoto 23. aduersus dominum, quòd eum, uel eam occiderit, uel à domina, si dominus est absens.

Quæstio CLXXXVI.

FAmulus tuus immisit equũ in re mea, uel fortè passus est maliciosè, uel negligentia, uel obdormit, uel alibi erat. Et equus blada, uel prata mea depastus est. An tu dominus mihi teneberis? Respon. Io. Fab. quòd sic. insti. si quadru. pau pe. fe. di. nu. 10. Si fuisti in culpa in eligendo malè hũc famu lum, quæ mala electio semper est in culpa. Nisi probaueris di ligentiam in eum eligẽdo, cũ recepisti. c. innotuit. de electio.

Quæstio CLXXXVII.

FAmulus aliquis accipit pro domino pecuniam, eo tamẽ inscio. & cum ea lucratur. An istud lucrum consequatur dominus? Respon. quòd sic. Si famulus erat pauper, & pecu- nia accepta erat ad periculum domini. Summa Angeli. uersi. restitutio. nu. 11. uer. famulus.

Quæstio CLXXXVIII.

AN teneat inquisitio, in qua continetur. Qualiter famu lus mandauerat domino suo, ut tale perpetraret faci- nus? Respon. quòd non. Bal. in l. 1. C. de seruis fugi.

Quæstio CLXXXIX.

QVæritur fuit factum furtum à seruo, uel famulo accom modato vnà cum re accommodata. An teneatur com- modatarius? Resp. quòd nõ. Esto, quòd aliàs teneretur de cũ stodia. l. si ut certo. §. si de me. & §. seq. ff. commo. Idem, quan do fuisset transmissus famulus, ut custodiat rem commoda- tam, quia tunc commodatarius non tenetur de custodia. l. si soluturus. ff. de solu. Et hoc si ab initio fuisset transmissus,

secùs

secus si postea. Et hoc nisi periisset apud ipsum famulum. d. §. si de me. & ibi Bar. Imola in c. unico. commoda. Capra regula 78. nu. 62. & seq. uide omnino Parisi. consi. 156. nu. 25. & 26. in 4. uol.

Quæstio CXC.

NVnquid principalis teneatur de facto eius famuli. Respon. Ange. in l. debitor. ff. de pignor. & hypothe. per glo. in l. ex facto. ff. de nego. gest.

Quæstio CXCI.

QVis, ut non solueret collectas, se pro famulo locauit alicui qui erat immunis. An nihilominus debeat soluere collectas? Respon. Ferrettus de Gabellis. nu. 524. quòd sic. Et talem non subsistere locationem in fraudem fisci propter dolum. l. fin. ff. pro socio.

Quæstio CXCII.

AN relictum factum ancillis & seruitoribus pro stipendio illis fortè pro toto tempore uitæ suæ debito, præcedit legitimam in computatione? Respon. Alex. consi. 31. lib. 4. Cagnolus in l. Papinianus. §. quarta. n. 11. ff. de inof. testa.

Quæstio CXCIII.

QVid si testator legat uictũ eius famulo in domo, ut quotidie faciunt testatores. quid nam uideatur legatũ? Respon. Bar. in tracta. de alimen. ꝙ uidentur legata omnia, quæ ad uictum sunt necessaria. l. quos nos. §. verum. ff. de uerbo. sign. Et debent alimenta pręstari secundum qualitatem personæ, & quantitatem patrimonii. l. 1. de alimen. lega. Non

tamen præstabuntur illa alimenta, quæ sui tantum gratia pręstabat testator. Vnde non habebunt uestes domicellares, quibus uti solum solebant, cum domino seruiebant ad mensam. ut l. seio. §. fi. ff. de annuis lega. Vitalis in tracta. clausularum. ubi de alimentis agit. nu. 215. pag. mihi 634.

Quæstio CXCIIII.

QVid si quis ex priuilegio, uel consuetudine sibi pręten-dat competere bona ecclesiæ uacantis. An debet intelligi de his tantum, quæ solutis expēsis & salariis famulorum atque oneribus supersunt? Respō. Rota decis. 702. quòd sic. per c. præsenti. §. porrò. de offi. ordi. lib. 6. Tiraquellus de retrac. §. 15. in glo. 1. nu. 7.

Quæstio CXCV.

AN teneatur dominus de homicidio, si dixit eius famulo, da unum gnocum illi, si non uult recedere. & ille illum occidit? Respon. Ias. cons. 188. nu. 3.

Quæstio CXCVI.

QVid si famulus sciret aliquos decreuisse de nocte ingredi domum domini, & dominum ipsum trucidare, idq; ei notificaret. An dicetur reus mortis? Resp. Clar. q. 87. uer. punctus. ad fi. quòd sic. argu. l. 1. §. occisorum. ff. ad sylla.

Questio CXCVII.

AN dominus pro seruo collectam soluere teneatur? Respon. Bart. quòd non. in l. si penès. in fin. in addit. C. de agrico. lib. 11.

Quæ-

Quæstio CXCVIII.

NVnquid ualet Statutum, ꝙ quis teneatur pro delicto famuli? Respon. Bar. in l. 1. §. familiæ. ff. de publica.

Quæstio CXCIX.

AN dominus pro famulis debeat soluere gabellam. Resp. ꝙ sic Bal. Saly, & alii in l. usurpatione. C. de uectiga.

Quæstio CC.

PRiuilegia collegiatorum, An extendantur ad famulos Collegium? Respon. quòd non, Ange. in l. Titius. §. fi. ff. de excus. tut.

Quæstio CCI.

QVidam legauit in testamento, quòd famulus suus sustẽtaretur in domo sua, toto tempore uitæ suæ. Quæritur quomodo quis dicatur sustentari? Resp. quòd debet habere uictum & uestitum. ut probat tex. iunct. glo. in c. omnino 31. dist. gl. in c. Episcopus 10. q. 2. ubi appellatione cibariorum non ueniunt uestimenta, nec appellatione alimentorum continentur medicinæ. gl. fi. in c. nihil 7. q. 1. Petr. Rauen. in eius Alphabe. aureo. uer. in notabilib. fol. 185. col. 1.

Quæstio CCII.

TEstator reliquit eius famulo libras centum in memoriã fidelis & legalis seruitii, & obsequii sibi præstiti. Et hoc si tempore mortis ipsius testatoris habitabit pro famulo in eius domo, nec aliter, nec alio modo. Quid si continuata seruitute uxorem acceperit consentiente patrono, & quãdoque

que cum ea pernoctauerit, præstitis ideò nihilominus domino debitis seruitiis, An consequetur legatum? Respon. D. m. Cephalus, ꝙ sic in consi. 80. in 1. par. Bart. in l. si quis ita. uer. facit etiam pro Rectoribus. ff. de uerb. ob. Vbi dicit, quòd testis probat. Vidi Potestatem continuè retinere famulos, licèt quãdoque famuli iuerint extra Territorium. Bardus in trac. de tempore utili, uel continuo. c. 17. nu. 4. Archiepiscopus Flo. in eius summa. par. 1. titu. 16. Vbi de 5. lege, quæ dicitur consuetudo, agit. §. 4. col. 3. in fi. & seq. & Bar. in l. nulli. C. de offi. Recto. prouin.

Quæstio CCIII.

AN famulis merces debita ante solutas decimas persolui debeat? Respon. ꝙ non c. cum homines. extra de decimis.

Quęstio CCIIII.

AN dedecus sit seruire inferiori, uel se deteriori? Respõ. Pet. Rauen. in suo aureo Alphabe. in nota. extrauagan. col. fi. uer. Vitium libidinis. l. 1. C. de Sena. consul. Claudia. ubi Bal. dicit, quòd sic.

Quæstio CCV.

ARomatarius uendidit toxicum seruo, qui sibi dixit uelle interficere murẹs. An excusetur aromatarius, si quid deterius contingat? Respon. quòd non. Marsil. in l. 2. §. alio. ff. ad l. Cornel. de sica. Arno. Dialogo 44. Vbi admonet Aromatarios, ne malum uenenum uendant fatuis, seruis, uel meretricibus. Sed possunt uendere personis probis, & patribus familias, in quibus nulla cadit suspicio, non autem personis suspectis, quę uelint & possint uti toxico illo in alterius damnum. Parisius consi. 167. per totum. in 4. uol.

Quę-

Quæstio CCVI.

QVis timet offendi ab aliquo. An possit petere à Iudice sibi præstari cautionem, fideiussorem & securitatem, si non possidet immobilia. non tantum pro se, sed pro familiaribus & complicibus? Respon. quòd sic Pet. Rauen. in suo aureo Alphabe. uer. offendi.

Quæstio CCVII.

PRiores, uel Antiani pro induendis, & uestiendis famulis recipiunt pannum à mercatoribus, sed postea non induunt. An teneatur ciuitas? Respon. quòd sic, Cast. in l. ciuitas. col. 3. nu. 11. ff. si cert. pet. quod dicit no. & singu. Nam non oportet probare pannum esse conuersum in utilitatem ciuitatis, uel ecclesiæ, si Abbas fuit, qui pro induendis monachis recipit pannum à mercatoribus, & not. quòd familiaris, idest de familia, & domesticus sunt synonima. Aret. in c. literis, de testibus Fely. ibi in 1. & 2. conclu. Zasius consi. ult. nu. 7. par. 2. fol. 351.

Quæstio CCVIII.

QVotidie uidemus dominos & mercatores mittentes seruitores cum mandato ad eorum debita per campos & loca exigenda, & leuanda. An teneantur isti seruitores cuilibet debitori dimittere unum originale instrumentum? Respon. quòd non, quia sufficit ostendere debitori, & notario originale, qui notarius habet inserere illud in instrumento quietationis de uerbo ad uerbum, & plura exempla facere, si & cum opus sit. Beroius decis. 281. nu. 6. col. 2. in 2. par. fol. 108. col. 1. circa medium.

Quæstio CCIX.

AN legatum seruo factum, intuitu ipsius, uel domini præsumatur factum? Respon. domini intuitu. Bal. in auth.

Similiter

Similiter.uer. Quid si donatur.C.ad l.Falci. per l. filio. uer. directè de condi.& demon.

Quæstio CCX.

AN teneatur Potestas pro famulo suo,cõtra quem testes deponunt,non specificato nomine?Respon.Bal.in Addi.Specu.de acc.uer.Sed quid si statutum secundo. Et an pro famulo contumace,& an pro familia per ipsum nõ electa,sed per communitatem?Et an pro famulo mortuo, uel exbannito?eo.ti.uer.Sed nunquid Potestas,ubi,quòd nõ Firma.uer. Officialis syndicatur.uer.47.Fely.in c.Petii,ulti.col. de homici.Paris de puteo.de syndica.in uer. An ex eo.Firma.uer. Potestas syndicatur uer.ult.

Quæstio CCXI.

SEcretum quale dicatur?Respon.Illud etiam, quòd domi nus non vult sciri à seruo.l.eius,qui,in fi.ff.si cert.pet.Firma.in Reperto.uer.secretum.

Quæstio CCXII.

AN seruitus præsumatur ex longissimis seruitiis?Respõ. glo.in uer. Ancillis,& Bald.in l.2.C.de inge.& manu. quòd sic.

Quæstio CCXIII.

FAmulus non est obediens domino. An debet habere salarium?Respon.Bar.in l.Nensennius.ff. de excusa. tuto. quòd non Firma.uer. Famulus,ubi plenè,de famulis.

Quæstio CCXIIII.

ALiquis offendit potestatis famulum? Stat statutum,ꝙ offendens familiam potestatis puniatur. Iste offensus

non

non habet diuisiam, ut moris est. An offendens tenebitur statuti pœna? Resp. ꝙ non. Floria. in l. si putator. ff. ad l. Aquil. Firma. uer. Offendens famulum.

Questio CCXV.

QVidam mercator in custodiã dedit, & consignauit cuidã duas capsas plenas bonis, & diuersis rebus, clauibus clausas, & firmatas, & sigillo cereo obsignatas, q̃ fuerunt dissigillatæ, & bona illa surrepta. An bona intus posita ĩ illis capsis possint per famulos ipsius deponentis & familiaribus probari, & quæ nam sint, & qualia? Resp. Parisi. cõsi. 74. ꝙ sic nu. 12. in 1. uol. Et ibi ponit, quando deferri possit iuramentum deponenti contra depositarium, & custodem de quantitate bonorum, & uide etiam Parisi. cõsi. 75. nu. 22. in 1. uol. Plot. in l. si quando, nu. 400. C. unde ui. Marsil. consi. 23. in 1. Dec. in l. 2. nu. 12. in secunda lectu. ff. si cert. pet.

Quæstio CCXVI.

QVæritur an actus occulti probari possint per domesticos, & pedissequas? Resp. ꝙ sic. Parisi. consil. 10. nu. 87. in 2. puta, ꝙ secretò adulter osculabatur eius filium spuriũ, licet filium propter honorem matris coniugatæ ex uiri, & nutriebat secretò charissimè, & ut filium tractabat.

Quæstio CCXVII.

AN uxor uiri famuli dicatur? Resp. Bal. nouellus in trac. de Dote. par. 10. n. 10. ꝙ sic, quodam (scilicet) respectu.

Quæstio CCXVIII.

AN seruitor seruiens usurario, possit cõsequi mercedem suam? Respõ. ꝙ sic, si seruit in licitis, secùs si in illicitis,

& quando sciebat dominum esse usurarium, quia sibi imputet. Archiepiscopus flo. in eius summa par. 2. ti. 9. §. 1. de cooperatione & participatione usuræ. Vbi etiam in §. 4. dicit, quòd serui stantes in persona usurariorum ad mutuum tenétur restituere usuras. Vide omnino.

Quęstio CCXIX.

FAmulus duobus successiuè se conduxit, cui primo seruire debet? Respon. primo domino seruire tenetur. Bald. in l. in operis. in 1. lect. in fi. ff. loca.

Quæstio CCXX.

AN emphyteuta uolens dare in feudum rem emphyteuticam alicui seruitori suo, teneatur domini requirere consensum? Respon. Specul. tit. de emphyteu. nume. 155. q. 129. quòd non.

Quęstio CCXXI.

AN officialis possit recusari, ut suspectus, qui uelit punire eius famulum? Resp. Aut delictum est notorium, vel iniuria est notoriè, & notoriè concernens officium, & pœna est a iure taxata, & nõ posset recusari. Secus si pęna esset iudicis arbitrio taxanda, quia posset recusari. Iaffred. decis. 44.

Quæstio CCXXII.

FAmulus, qui non habet, unde se alimentet, petit salariũ. An obstent sibi feriæ? Resp. Bald. quòd non. in l. eadem col. 2. litera B. ff. de feriis.

Quæstio CCXXIII.

AN ad probandum quem continuo retinuisse famulos, sufficit, ꝙ testes dicant cõtinuò retinuisse, quia uiderũt

eos in prandio,& in cena? Resp.quod sic, nec est opus, quod dicant aliquo momento.Be nintendius decis.Bono.43.nu.13.

Quæstio CCXXIIII.

FAmulus librarii,qui pro domino sit trāsmissus ad nundinas pro emēdo, & sit minor,licet se obliget pro creditore.An tenet obligatio,& possit ut suspectus de fuga iurari? Resp.quòd non,Gramati.consi.ciuili.17.per totum,quia minor non potest intercedere pro alio;& se obligare.

Quæstio CCXXV.

QVomodo cognosci possit,quòd quis sit famulus? Resp. Bar.in l.1.§.familiæ.ff.de publi. quòd famuli ex qualitate seruimēti,seù seruitii cognoscitur, quòd quis sit famulus.sequitur Ioan.de Amicis consi.41.nu.4.

Quæstio CCXXVI.

QVid in legato ornamentorum ad usum uxoris paratorum,ueniunt ne ancillæ uestimenta? quæ erat ad opus uxoris, quæ est eius accessoria. Resp. quòd sic.l.uxori.ff. de auro,& argen.lega.Ioan.de Amicis in consi.94.nu.11.

Quæstio CCXXVII.

QVidam aromatarius fecit pactum cū gargiono pro aliquo, quòd ipse gargionus seruiat per annos quattuor in arte aromatariæ.An ista stipulatio,uel pactum porrigatur ad hæredes illius,pro quo fuit stipulatus aromatarius?Resp. quòd non Ioan.de Amicis in consi.100.per totum.

Quæstio CCXXVIII.

AN famulus, & pauper repellatur à testimonio? Resp. Bar. in consi. 111. col. 2. in fi. quòd sic, Crauetta consi. 249. nu. 11. in 2. uol. licet sola paupertas non sufficeret, ut ibi.

Quęstio CCXXIX.

AN dominus possit acceptare serui cõtractum absque modis & conditionibus? Resp. quòd non Crauetta cõsi. 251. col. pen. uer. non obst. in 2. uol.

Quæstio CCXXX.

AN obligatus ex delicto famuli dicatur obligatus ex delicto? Resp. ꝙ non. Sed dicitur obligatus ex quasi delicto. §. 1. institu. de oblig. quæ ex quasi delic. Floria. in l. 1. §. ꝙ cũ ff. de iis, qui deiec. uel effu. Firma. in Reperto. uer. obligatus.

Quæstio CCXXXI.

AN obligatus pro culpa famuli, teneatur etiam pro dolo? Resp. ꝙ sic Bar. in l. quod Nerua 2. char. depositi. Abb. in c. 1. de commo. Alex. in l. etiam. §. licet in dotalib. ff. de solu. mat. Firma. ubi supra.

Quæstio CCXXXII.

QVid si ego expellam unum magnum diuitem, cũ omnibus eius famulis de domo. An quilibet famulorũ possit agere contra me de spolio? Resp. ꝙ non l. 1. §. deiicitur. ibi non tamen si colonus. ff. de ui & ui arma. Natta. consi. 18. nu. 19. in 1. uol.

Quæstio CCXXXIII.

AN Beroarius sit testis idoneus pro Potestate, uel contra Potestatem. Resp. Aufrerius. In tract. de testibus, nu. 12.

ubi

ubi dicit, quòd sic. sub distinctione tamen, ut ibi per eum.

Quæstio CCXXXIIII.

AN dominus possit capere famulum fugientem? Resp. ꝙ sic. Bar. in l. fi. C. de libe. exhi. Cepola in l. Marcellus. ff. de uer. sign.

Quæstio CCXXXV.

INiurians famulum an criminaliter puniatur? Resp. ꝙ sic. si in eius contumeliam. Petr. Rebuff. in tracta. de priuilegiis scho. priuilegio 166. nu. 7. Tomo 5.

Quæstio CXXXVI.

AN castigans famulum funiculo dicatur habere animũ uulnerandi? Resp. quòd non. Alex. consi. 75. lib. 3. Hercula. de negatiua. nu. 166.

Quęstio CXXXVII.

AN statutum loquens de habitatoribus ciuitatis comprehendat famulum, qui stat cum alio. Resp. quòd sic. Bar. consi. 42. in 1. uol.

Quæstio CXXXVIII.

STante statuto, ꝙ dominus teneatur pro famulo, an intelligatur indistinctè? Respon. quòd non. Sed intelligitur, si famulus commisit delictum antequàm esset dominus, quòd dominus non teneatur. Gratus responso. 5. nu. 30. in 1. uol.

Quęstio CXXXIX.

AN famulus capitanei sit idoneus testis pro offensa facta ipsi capitaneo? Resp. ꝙ sic. Si tempore factæ offensæ non erat famulus. Alex. consi. 100. in 6. uol. nu. 6.

Quæ-

Quæstio CCXL.

GArgiones funtici sunt socii in fundico, An possunt esse testes pro domino? Resp. q. non. Secus si non sunt socii, quia possunt, nec repelluntur, si sunt bonæ conditionis & famæ, ut per Ang. in l. quoniam. C. de testibus.

Quæstio CCXLI.

FAmulus delinquit in officio, an suo priuetur salario? Respon. Castr. quod sic. in l. 1. C. de statuis & imagi.

Quæstio CCXLII.

AN dominus possit corrigere famulum per uiam iurisdictionis? Resp. Bal. in l. si filius tuus. C. de patria potest.

Quæstio CCXLIII.

QVis est seruus alicuius, & fortè expēditor, uel ī alio officio existit pro patrono. An finito officio, uel cum nō sit amplius expenditor teneatur macellario, uel alteri ex propriis pecuniis carnes in credentia habitas soluere, & postea regressum contra dominum habere? Resp. D. Hier. Gabriellius. cons. 71. per totum. uide etiam omnino Moronum de fide, treuga & pace. q. 133. & Cur. iunio. in consil. 272. per totum. in 3. uol.

Quæstio CCXLIIII.

AN dicatur pax rupta per famulos principalium. si rixa interueniat? Resp. Corse. in tract. de pace. nu. 28. & nu. 82. & Moronus ī trac. de fide, treug. & pace. q. 134. n. 25.

Quæ-

Quæstio CCXLV.

ALicui nobili debentur alimēta, an debeant præstari ꝓ ipsius seruientibus? Resp. D. Brogninus Caualcans. in tractatu de usufruc. lega. nu. 27. pag. 203.

Quæstio CCXLVI.

AN interdicto de libero homine exhibendo, si miles subducat regacium tuum, & facit, ut dicat, ꝙ libenter stat cū eo, tenearis ostendere titulum? Respon. quòd sic. Contardus in l. 1. si de momen. poss. fue. appella. in §. 7. nu. 26. fol. 119.

Quæstio CCXLVII.

NVnquid ancilla se commiscens cum domino suo patiatur aliquam pœnam. Respon. Aret. in §. est autē casus. insti. de hære. insti. Clar. in §. fornicatio. uers. mulier. Si quis tamen uiolenter uteretur ancilla sua. nec uellet desistere, si aliter non posset euadere malum, licitè fugere potest, & dominum dimittere. Archiepiscopus Flo. in Summa titu. de furto. c. 15. §. 1. col. fi. ad fi. par. 2. & titu. 5. c. 7. de raptu. §. 1. col. fi. ad fi. par. 2. Et stuprum est, si dominus propriam ancillam futuat. Si sit tamen honestæ conditionis, quæ honestas debet capitulari & probari, quia ut plurimum istæ ancillæ sunt meretrices. Bossi. tit. de coitu damnato. nú. 28. ubi fusius. Et istæ ancillæ, cum quibus commiscentur domini non sunt concubinæ. Et, quòd non sint concubinę. Resp. Aret. in terminis in cons. 48. & Bermondus de Concubinariis & concubinis. fol. 187. Concenatius lib. 2. quod. c. 1. nu. 1. concubinam appellat Demosthenes in oratione contra Neeram, quam propter quotidianam corporis curationem habemus, meretrices uerò uoluptatis gratia. Vxores porrò ad legitimos liberos procreandos, & fidelem rei custodiam domesticæ habendam.

Quæstio CCXLVIII.

AN filius famulæ,quę habitat seorsum a domino,potest le gitimari per subsequens matrimonium?Respon. Ang. in Auth. quib. mod. nat. effi. legit. in fi. principii. D. m. Cephal. cons. 48. in 1. per discursum.

Quæstio CCXLIX.

AN dicantur nuptiæ turpes, si quis accipit famulam, uel fa muli filiam?Resp. Rui. ꝙ sic. in cōs. 8. nu. 20. in 3. uol. Bar. in l. 3. C. de nup. in l. si rogatus. ff. de manu. uindic. Petr. Rauen. in suo aureo Alphabe. uer. nuptiæ. fol. 95. col. 2. Cagno. in l. si qua illustris. C. ad orficia. nu. 6. Cur. cons. 136. Bart. in l. pen. ff. de concubi. ubi dicit, quòd filii non legitimātur per subsequens matrimonium quando sunt nati ex ancilla. Cur. iun. d. cons. 136. in 2. Rui. cons. 92. in 3. uol. Sed contrarium consuluit Ias. in cons. 234. in 2. uol. Gallus in cons. 15. Aemylia. in cons. 31. Nicolaus de Vbal. in tract. de successio. ab intesta. in 1. par. nu. 63. Pau. de Monte Pico. super §. Titia cum nuberet. nu. 66. ff. de legat. 2. ubi allegat infinitos Doctores contra Rui. d. cons. 92. in 3. uol. & D. m. Alcia. in tracta. præsump. reg. 2. præsump. 5. nu. 6. Tiraq. de nobilitate. c. 15. nu. 22. & c. 20. nu. 172. Duenas regu. 250. fallen. 8. Cassado. de cis. unica. de sponsalibus. Cast. cons. 429. in 2. ubi dicit, ꝙ reputatur inter opera charitatis, quòd quis hodie accipiat in uxorem interdum indigniorem. Ias. d. cons. D. Osascus decis. Pedemon. 154. per totum. Et hæc opinio est usu recepta ut dicit Syluanus cōs. 3. nu. 43. Sub asterico signo rubeo. Cū uideamus (inquit) indies contrahi matrimonium inter hobiles & uiles personas. & quæ subsequitur. Verum enim uerò (proh dolor) quia hactenus ob hoc frater meus potest dicere. Heu patior telis uulnera facta patris. Spiritus Sanctus su perueniat super eum, ut in se conuersus faciat, quod ei conueniens

ueniens est. Et not. quòd in legato facto in testamento patris filii nati ex soluto & soluta potest succedere ipse filius, licèt mater esset famula D. m. Alciatus consi. 58. per totum lib. ult. Aemylia. d. cons. 31.

Quæstio CCL.

QVid si quis stupraret ancillam, & ipse esset nobilis, uel homo in dignitate constitutus. An teneretur eam in uxorem accipere? Resp. quòd non. Sed teneretur dotare, uel aliter ei prouidere, secundum eius qualitatem & indigentiã. Abb. in c. 1. in 4. no. de adulteriis. Nam est imputari dum ei, quia debuit cogitare, quòd dominus faciebat promissionem in fraudem, ut eam subagitaret. Bermon. in tract. de publi. concubi. §. stuprum. nu. 17. fol. 104. D. m. Alcia. cons. 26. per totum. lib. 1. ubi dicit matrimonium absque consensu non tenere, licèt copula interuenerit, & hoc est uerum, maximè in foro conscientiæ. Licèt interuenerit, etiam annuli datio, siue donatio, & uerba inania. Vnde infertur, q̃ si quis solennibus uerbis matrimonium cum aliqua contrahat, ut ab illa sui copiam consequatur, animo alioquin alienus à matrimonio contrahendo, & cum illa consuetudinem habeat, eo semper fornicandi animo & proposito, nullis matrimonii uinculis irretitur, quàmuis debeat sub mortiferi peccati pœna, uel celebs illam in uxorem ducere, uel iam maritus stupri damnum pecunia resarcire. Commune ait Didacus Couarru. de sponsa. epito. in secunda part. cap. 2. numer. 4. Soarez in eius thesauro communium opin. uersicu. matrimonium. numer. 92.

N Quæstio

Quęstio CCLI.

QVis tenet mulierem & ancillam, & ueſtit uilibus ueſtibus, & eam mittit aquatum, & tectum habet ſeparatū, ad quem declinat, quando placet, ipſa uerò ad ſuum. An præſumatur inter eos matrimonium? Reſp. ꝙ non. Sed præſumitur ſtuprum. 35. q. 5. aliter. no. Abb. in c. illud. col. 6. de præſump. Campegius in tracta. de teſtibus. regu. 399. uer. tertiò probatur. uide omnino Bermon. in trac. de cōcubinariis. ſup uer. concubinam dimittat. fol. 187. & Aret. in conſ. 48. nu. 2.

Quæſtio CCLII.

QVa pœna punitur ſtuprans ſeruam, uel famulam alicuius? Reſp. Ang. & Alex. in l. inter liberas. ff. de adulte. ꝙ punitur pœna extraordinaria. Sed ſcolaſtici accedentes ad iſtas maſſaras, uel fanteſcas non puniuntur. Ang. in l. inter liberas. & in l. uxor. ff. de adulte. D. Rolan. à Valle. in cōſ. 74. nu. 17. in 1. uol. Nam cum fanticella, quæ eſt uilis cōditionis ſtuprum non committitur. ut no. Azo in Summa de concubinis. Et iniurians uirginem ancillari ueſte ueſtitam non tenetur, niſi de iniuria factà ancillę. l. item apud Labeonē. §. ſiqs uirgines. ff. de iniuriis. ubi Alberi. per illū tex. Et Ang. in l. ſi qua illuſtris. C. ad orfic. ubi dicit ſe lucraſſe plures florenos.

Quæſtio CCLIII.

QVis abduxit ancillam alicuius. An puniatur, & quomodo? Reſp. Pet. Rauen. in Alpha. uer. proditor. Vbi dicit, ꝙ ſi eſt amicus abducens, punitur tanq̃ proditor, & truſator. Si non amicus, punitur aliter, ut per eum. Et dici poteſt raptor, etiam ſi ipſa ancilla conſentiat, quia ipſa non uult ſimpliciter, ſed uult uerbis perſuaſa. unde dicit Barto. in l. 3. §. ſi quis

quis uolentem.ff. de liber. homi. exhiben. Nota contra illos, qui subducunt puellas, & retinent eas, & faciunt eas dicere, ꝙ stant uolūtariè, quòd no. Pet. Rauen. ibi. in uer. raptus. col. 2. Contra defensores eius, qui abduxit eius ancillā. uide Iul. Clar. in prac. cri. in §. raptus. uer. adde. ubi dicit, quòd raptores etiam dicuntur illi, qui blandimentis & uerbis deceptoriis puellas, nulla adhibita ui libidinis causa abducūt, quam sententiam communem dicit Berberius in uiatorio iuris. tit. de rapto. quòd non est mirum, attenta immanitate criminis. quod intelligit Clar. modo fiat ad effectum abducendi illas, & in alio loco contra uoluntatem suorum retinendi. Pet. Rauen. uer. stuprans. ubi suprà. Bermon. de publi. concubina. §. stuprum. nu. 29. fol. 109. Et Imperator appellat tales stupratores nephandissimos uiros. Quia non oportet laudando augere malitiam. l. 1. §. sed utrum. ff. de seruo corrup. Et maior corruptio est, etiam instigare, & persuadere, quòd est plus q̃ uiolentia, & coactio ad malum. l. 1. §. persuadere. ff. de seruo corrup. uide Gallum consil. 43. per totum. & Petr. Rauen. in sermone suo post Alphabe. ubi in prin. detestatur istos blandos raptores, & nephandissimos homines, qui uirgines tentare non sinunt. ut peragant eorum uota diabolica.

Quæstio CCLIIII.

AN dominus possit accusare pro iniuria suæ famulæ illata? Respon. ꝙ sic. Bar. in l. 1. §. idem ait. ff. de iniur. Pet. Rauen. in Alphabe. aureo uer. iniuria.

Quæstio CCLV.

AN erit stuprum, si uxoratus alienam cognoscat ancillā liberæ conditionis? Resp. Bossi. titu. de coitu damnato. nu. 27. quòd sic. Nulla habita ratione uilitatis. Accusari tā-

men non poteſt de ſtupro, uel puniri. Thobias Nonius in conſil. 53.

Quæſtio CCLVI.

QVid ſi non ſit conſtituta merces ancillę clerici, uel ſalarium. Et ſteterit in eius ſeruitio longo tempore, uel aliquo tempore. An mortuo ipſo clerico poterit ab ea auferri illud, quod retinet ratione ſalarii conſtituti? Reſp. quòd ſic. Bermon. de concubi. fol. 325 nu. 32. uide omnino. ubi etiam ſubdit. ꝙ licèt clericus confiteatur in teſtamento ancillæ ſuæ debere tantum pro ſalario, & non conſtet de aliquo ſalario conſtituto. & certa mercede, quòd ipſa ancilla non poteſt retinere quidq̃ de bonis ipſius clerici. & poteſt ab ea auferri ab hæredibus clerici. Debet igitur eſſe cauta, ut faciat ſibi certã cõſtituere mercedẽ ab initio, aliàs remanebit in fine deluſa.

Quæſtio CCLVII.

AN ſeruus, & ancilla participãs cum patrono excõicato in excõicationis periculum incurrat? Reſp. ꝙ non. c. quoniã multa. 11. q. 3. ubi de excommunicatione loquitur minori.

Quæſtio CCLVIII.

AN cõcubina occulta clerici puniatur per Epm, puta ſub nomine ancillæ retenta? Reſp. ꝙ ſic. Ratio eſt, quia illa grauiter delinquit in Deum & in eccleſiam, in tantum quòd efficitur ſerua eccleſię. Et epiſcopus poteſt eam uendere. ſi nõ habet filios. c. quidam. 80. diſt. Bermondus in ſuo de publicis concubinariis. uer. penitus arcere. nu. 7. fol. 306.

Queſtio CCLIX.

AN ſit permiſſum clericis habitare cum ſuis ancillis? Reſpon. ꝙ ſic. Dummodo non ſint ſuſpectæ. c. cum omnibus.

bus.uer. Familia domestica.81.dist. Bermon. de concubi.in uer.tenent.nu.3.fol.278.in 5.conclu.Subdens, quod nulla mulier extranea quantumcunque despecta, & uetula est à clericis suscipienda specialiter ad domesticum obsequium. Ratio est, quia magis frequenter delinquitur, ubi sine suspicione delictum potest esse tutum.

Quæstio CCLX.

AN famula sit testis idonea? Respō. quod non, quia uilis est persona. Bar.consi.111.nu.3.Roma.consi.372.&320. Bal.in l.etiam.C.de testibus Parisi.consi.67.nu.81.in 3.uol. Probat tamē rectè perpetratum fuisse delictum in domo. Iodocus in Enchiridio rerū crimi.fo.107.n.10.uer. Postremo.

Quæstio CCLXI.

QVid si Ancilla proiicit lauatorios per fenestras, & consumitur habitus, uel uestis alicuius per iter, per quod vulgò itur. An dominus teneatur emendare damnum? Resp. Cepola in tractatu de seruitutibus tit. de Aquæ proiectu, quod sic. Et Fran. Mar. decis. Delphi. q.498.nu.8.

Questio CCLXII.

QVi nam dicuntur famuli scholariū? Resp. Bal. in procœmio Grego.nu.8. quod dicuntur illi, quos circa se habent, non quos in rure tenent. Et continentur, qui inter famulos sunt recepti ad seruiendum eis præsentibus, quòd probat.

Questio CCLXIII.

QVid si filia nobilis nubat famulo? Respon. Bal. in l.pen. C.de sponsa. Natta.consi.290.nu.3.in 2.uide Deci. & alios in l. Nuptias, ff.de reg.iur.

Quæ-

Quæstio CCLXIIII.

DOminus dedit licentiam eius famulo, & postea inconti nenti post testificatum illum reassumit. An talis licētia præsumatur ficta & simulata? Resp. Bar. quòd sic in l. uir uxo ri. ff. de dona. inter uir. & uxo. de quo. Corsetus sing. uer. Præ sumptio. incip. celeritas, & ibi plura contra celeritatem.

Quæstio CCLXV.

QVid si dominus iratus expellat famulum, qui debebat seruire per annum. An per hoc intelligatur famulus liberatus? Respō. Benedic. de Plumbi. in l. statulíberos. §. si ita sit. ff. de statulibe. de quo Neuiza. in sylua. li. 6. nu. 49. quòd non ideò erit liberatus. Quia quicquid calore iracundiæ fit, pro infecto habetur. regu. Quicquid calore. ubi etiam Doct. ff. de reg. iur.

Quæstio CCLXVI.

NVnquid oporteat seruos, uel famulos Dei litigare? Respon. Fabianus Papa in c. sicut Sacerdos 11. q. 7. Non oportere seruos Dei litigare, sed mites esse. Discite à me, quia mitis sum. &c. Vide Iodocum In prac. ciuili. In Præfatione. uer. Dicam breuius, ubi adducit prouerbium. Si bonus & iuridicus, malus es Christianus. Hoc est, quòd Paulus primo ad Corinthios c. 6. iudicia inter Christianos detestatur, quæ si incidant, non aliis committit, quàm iis, qui cōtempti sunt in ecclesia. Zas. consi. 15. in 1. par. pagi. 275. Lagus Methodica iuris, par. 5. in prin. Et isti tales non sunt tuti, dicente Seneca. Nullum tutum esse posse, consternata semel mente. Et frequens meditatio carnis est afflictio. Et spiritus tristis deficat ossa. Paris de Puteo. In trac. de re milita. §. căpio. Tomo 5. Et probi uiri lites execrantur, ut inquit l. Item si res. §. fi. ff.

fi.ff.de aliena.iudi.mu.cau.fac. Et inquit Apostolus. Iudicia secularia si habueritis omnino peccatum est in uobis, & contemptibiles facietis. Monta. in trac. de appella. lib. 5. c. 1. pagi. 222. Cum etiam litigari nequeat in causa, siue iusta, siue iniusta sine expensa, ut inquit Bal. in c. cum dilecti. de dolo. col. pen. Neuiza. in consi. 17. nu. 23. Et ideò uidemus, quòd plurimi rebus ipsis potius carere uolunt quàm litigare, ut di cit. l. item si res. §. fi. ff. de aliena. iudi. me causa fac. Nam melius est, & est prudentia potius perdere de proprio quandoque, quàm litigare, ut dicebat Pythagoras, de quo Neuiza. In sylua nuptiali lib. 2. num. 55. & consi. 30. Nam hodie lites sunt alimenta procuratorum, qui rationes omnes suas in spoliis ciuilibus coniecerunt, quæ tertia propè pars est nunc hominum, qui aliquo nomine esse uidentur, ut inquit Budæus In Prioribus Anno. pagi. 330. ad fi. Etenim lis est causa malorum. Aristote. 1. Metaphysi. Et lites multa mala faciunt, de quibus Lucas de Penna. in l. litibus. C. de Agric. & censi. lib. 10. Excusatur tamen, qui ob pudorem litigat, ut dicit Bar. in l. quæ omnia. §. 1. ff. de procurato. Sed prius est nobis deliberandum cum peritioribus. An scilicet expediat litem suscipere, antequam moueatur, iuxta text. in l. si omnia. C. de inge. & manu. Et prius urbanus procedere antequã lis moueatur. l. Herennius Modestinus. Sed qui non litigat celebs est, ut in prouerbio Polydorus. in eo, quia ueniunt à dote sagittæ plura. Gomes. In regula Cancellariæ de Annali possessore q. 11. & plura congessi In trac. meo de argumentis. in loco à litibus ad pias causas. Præcandum nobis est humili corde, ut nobis eueniat illud Nasonis, de quo Ethruscus de Affrica loquens lib. 8. ad fi.

At nobis tranquilla salus sine litibus ullis.
Sit nox cum somno, sit sine lite dies.

Et illud Martialis. lis nunquam.

Quæ-

Quæstio CCLXVII.

QVæritur qualis debet esse forma instrumenti conficiendi pro famulatu? Respon. ea quidem, quam ponit specu la. in tit. de locato. §. restat. nu. 3.

Quæstio CCLXVIII.

POstremò quæro, quæ nam uerba habeat facere dominus seruo pro licentia sibi danda? Resp. Imola. in cõsi. 12. nu. 2. ubi talis est. Io te do licenza, che in capo della tua firma; te possi accommodare con chi te piacerà. Verbum itaque firma, est vulgare Anglicorum. Vnde dicitur, ꝙ locatio ad firmam est per annum, firmo manente salario quantitatis conuentæ, ut dicit Abb. in c. uestra 2. no. de locato. Et isto uerbo utitur Bermondus in tract. de publicis concubinariis, in uer. uel aliam euidentem utilitatem, num. 2. fol. 177. ubi dicit, ꝙ Episcopi ac cæteri Vicarii, & Officiales non debent pœnas statutorum, uel legum de sanguine suorum sacerdotum facere proprias, illasque, sicut cæteras possesiones ad firmam tradere, & de illis certum statum proprium habere. Et postquam eò deuenti sumus, ut tãdem sit data licentia seruo, uel famulo, finem huic tractatui faciemus. Ad laudẽ & gloriam Omnipotentis Dei, & Virginis Mariæ, qui nos omnes famulos in salutis prosperitate deducere dignentur, per infinita sęcula sęculorum. Amen.

FINIS.

D. HIPPOLYTI BONACOSSAE

NOBILIS FERRARIENSIS

IV. VT. D.

DE AEQVITATE CANONICA TRACTATVS.

Cum Indice rerum omnium ac locorum insignium, quæ in tractatu ipso continentur.

CVM PRIVILEGIIS.

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.

VENETIIS,

Apud Damianum Zenarum. 1575.

IVLIO SCOTO IVRECONSVLTO CANDIDATO.

Hyppolytus Bonacossa Iu. Vt. D. Ferrarienſis.

S. P. D.

ET ſi fortè tibi nimis familiaris uidear, qui tam confidenter ad te literas dare uelim, uelut is, qui more Macrobij, meas cœnas inſtruxerim. Malui tamen in hac parte peccare quàm officium meum negligere. Sentiens me tibi debere omnia, qui tui ſum amantiſſimus, & laudum tuarum zelotypus, propter mirificos ingenij tui, literatorum noſtrorum opera culti, fructus uberes, & generoſos per te iam exhibitos. Nempè Alphonſi Curtilij potiſſimùm Accademiæ afflatæ celebris, belliſſimè conſecratum perſpexi, ex qua propemodum multi, quaſi ex Equo Troiano literarum proceres indies prodiere Iuriſconſulti, magis atque magis, ut meritò dici poteſt. Cedite Romani ſcriptores, cedite Grai. Nam cum tu noſtratium partu ſis æditus, probatùmque ſit ingenium tuum

uniuersis, & in commune, cumque priuatim & seorsum, & intra priuatos parietes, disputationis scilicet palestra, magna cum auditorum gratia. Et in arenam (quòd aiunt) pluriès descenderis, ac in publico certamine, quasi in Olympico curriculo, ceu cœnea lapytam telis imperuius, ut scribit Pindarus. Effectum est, ut ob res tam benè actas & secundas, pluribus iam testatissimas, & conspicuas, magnum profectò gaudium & lætitiam sentiat incredibilem Ferraria nostra, in ipsa meritò conceptum, tuique nomen commendare decreuerit. In Patauina item urbe Paraphrasicis propositionibus frequenti Auditorio, triduò disputatis, res ipsa contenta fatetur. In qua probè acerrimis iudicijs, eruditissimisque literatorum auribus satisfecisti adeò, ut nihil suprà. Quæ quidem propositiones, non quasi sub incudem uenisse humanæ fabricæ, sed diuino quodam impulsu, instinctuque, uelut è cortina, atque Adyto sacris esse præcordijs excusæ credendum est. Testes sunt grauissimi, & doctissimi uiri extra aleam positi Cephalus noster Iurisconsultus humanissimus, & mihi olim institutarius præceptor gratiosus, qui ad benè merendi uicissitudinem semper promptissimum calcar addidit Pancirolus, Menochius, & alij legum uertices, & Astreæ nostræ professionis Antesignani, qui te in eorum sinu benignè acceptarunt, & quasi uirtutum omnium parentem nuncuparunt. Prætereo Robertelli per se laudati uaticinium de te factum stupendissimum. Quid sanè præclarius quàm præstantes uirtute uiros, eorumque egregiè res gestas exornare, atque extollere dicendo? Nihil est utique, quin tuas laudes perinde amplectar ergò, quàm qui maximè. Et ut mecum amplius agam, uerbis planè Papiniani te alloquar, quibus ille Thebaidem est affatus.

Iam

Jam fama benignum strauit iter
Cæpitque nouam monstrare futuris
Jam te magnanimus dignatur noscere Princeps.

Amaris tu quidem à Principe optimo, sine Aulicorum obtrectatione, cælebraris à doctis, sine æmulorum offensione. Præcipuè à Pasetho Iureconsulto, præceptore tuo quouis honore dignissimo, cui (ut inquit Fabius) tanquàm alteri debes parenti, qui, ut quasi condimentum studiorum tuorum adijceret. In sermone tui Doctoratus, omnino efficaci, & energiæ pleno, nuper in Estensium Principum Aula Castrensi confecto, Religiosissimo Cardinali Hippolyto astante, patientissimo omnino (licèt occupatissimo) magno sanè apparatu, & ambitiosis recisis, in studijs prædictis te multam posuisse operam, multumque Ferrariensium Reipublicę profuturum, magno reboatu, Canora uoce, uerbis electis, & grandibus sententijs, quasi naturæ conscius, dixit & intonuit. Ac te non Scotum, idest tenebrosum. Sed Scothium. hoc est lucidum & serenum ad plenos haustus pronunciauit. Et uti is, qui eminentissimus, immensus, & maximus (ut inquit Iuuenalis) habetur Orator, rem ipsam (ut solet) exagerauit. Oratione inquàm plena, tam spissa, tam diuiti, ex tempore propè dictata. In qua casta latinitas, Atticus nitor, iunctura tenis, numerosius ambitus, grata concinitas, hilaris color, pura uenustas, ornatus facilis, sensus acres, apta exempla, multa fides, argumenta fortia, graue consilium, subtile iudicium, uis alta, mira gratia & maiestas, suauitas condita. Stylo item, qualem res postulauerat. conciso & dilucido, in quo mirifica ad permouendum vis inerat, figuras quoque uariando, uocisque flexus, ubique etiam gestu

actionem

actionem commendando. Quæ singula dum contemplaret, cedit miraculo iudicium. Te te inquàm eutrapelum diuinumque diuinando prorsus effecit, vt meritò dici potest. Hic solus sapit cæteri velut vmbra vagantur. Quòd etiam ad me adtinet. quærenti quid de te sentiam? Sic respondebo. Dij boni non indulgebo amori meo, non iudicio Reuerendissimi Cardinalis. Sed nota cunctis & testata loquar. Ita natus & factus es Iuli, ita altus atque educatus, ita denique eruditus, atque institutus, vt nemini secundus ingenio, nec æqualibus industria, nec præceptoribus literatura, neque grauitate senibus concesseris. Natiua in te probitas & genuina. Diligentia quoque parentis ita impensè culta est, vt ex tui ore, non modo non verbum dictu fœdius, sed ne leuius quidem unquàm, vt licentius exciderit. Non actio, non gestus, non incessus in te notatus, non aliud postremò, quod in deteriorem partem conspiceretur. Sic uiridi ętate cana maturitas, ut qui loquentem senes audiant, miraculosam hercle indolem agnoscant. Literis natus, literis educatus, & sine literis viuere non potes. Cultum autem pietatis & religionis penè etiam cum lacte nutricis exsuxisti: & reliqua, quę si percensere conarer. Ante diem clauso componet vesper Olympo. Sic itur ad Astra. Beatus igitur & fœlix es Iuli, quem sic laudant literati, tuis licèt meritis honos debitus. Quiquè Senatorio ordini nostro Iurisconsultorum aggregatus & collocatus es macte virtute. Tantoque suffragiorum consensu, & nullo (quod aiunt) pœnitùs pœnitùs discrepante. Vt nihil esse factum unquàm popularius, & viuæ inquàm vocis Oraculo multi putarunt. Fortunatiora certè sunt hæc nostra tempora, quibus te vndique

dique

QVARTA sit Conclusio. Quòd licèt de rigore iuris ciuilis contractus regulariter uitietur ratione incertitudinis. Secùs tamen est de æquitate canonica: quia omnis contractus, promissio & dispositio facta, etiam super alia re, quàm dote & studio, valet & tenet, nec uitiatur ratione incertitudinis. Sed ex tali promissione agitur. ut scilicet declaretur secũdum arbitrium boni uiri. Archid. in c. sunt nonnulli. 1. q. 1. quam sequitur Iaco. Menochius q. 68. num. 42. & casu 188. num. 1. Et hoc debet seruari etiam in foro Cæsaris. Petr. Rebuff. in tracta. de priuile. scho. priuil. 133. nu. 5. in fi. Zannet. in tract. de diffe. inter ius cano. & ciuile. Differentia 78. nu. 137. Marsil. sing. 223. Cotta rerum memo. uer. incertitudo. & Bombi. cons. 15. Franc. Mar. decis. 543. nu. 5. lib. 1. Archidiaco. in c. sunt nonnulli. q. 1. Afflic. decis. 337. nu. 10. Bart. in q. incip. Mulier habens magnum patrimonium. nu. 8. q. 7. D. m. Cephal. in cons. 159. nume. 9. in 2. uol. quod ius canonicum seruatur Ferrariæ, ut ipse Cephal. dicit. nu. 11. Et est communis opinio. Soarez in eius thesauro. uer. incertitudo. nu. 12. Zabarella cons. 2. & cons. 20. ubi signanter de Ferraria loquitur.

QVINTA est conclusio. Quòd licèt de iure ciuili, si exprimatur actio incongrua, libellus non subsistit. l. 1. §. 1. ff. si mẽsor falsum modum dixe. quia propter uitium uisibile ex-

pressa

pressa nocēt. Et licèt de iure ciuili propter expressionem ineptæ actionis libellus non procedat, ut est communis opinio. Soarez uer. libelli. nu. 166. Tamen secùs est de æquitate canonica, secundum quam, siuè actio causæ exprimatur & præmittatur, siuè causa actioni, procedit libellus. quia quādo superfluò additur, nō nocet. ex quo etiam sine actione sufficit ipsa naturalis iustitia, ex causa resultans. Bal. in l. fin. C. de edicto diui Adria. toll. quod dicit notandum Cagnol. in l. expressa nocent. nu. 2. ff. de regu. iur. Guido Pap. singu. 49. quòd probat. Nam debemus fauere libello, ut admittatur in dubio.

SEXTA erit Conclusio. Quòd licèt, si deduco unā causam in libello, & postea de alia probo, succumbam de iure ciuili. Fallit quoties causa ipsa esset cognoscenda de æquitate, maximè canonica, uel sola facti ueritate inspecta. Marsil. singu. 272.

SEPTIMA Conclusio. Quòd de æquitate canonica omnis quomodocunque oppressus potest appellare. Blāchus de compromissis q. 10. nu. 9. ubi de appellationibus agit. ubi cō munem dicit. Fallit in possessorio extraordinario, quò ad effectum suspensiuum, secùs quò ad deuolutiuum. Beninten dius decis. Bono. 79. uide suprà.

OCTAVA Conclusio. Quòd si emptor hæreditatis nō sit soluendo, & creditor hæreditatis egit contra eum, de rigore iuris non poterit ad uenditorē redire. At secùs de æquitate canonica, Aquensis in l. 2. C. de pac. Cagnol. in l. qui cum alio. ff. de regu. iur.

NONA Conclusio. Quòd de æquitate canonica potest purgari mora semper. Etiam, quòd adsit iuramentum. Zannet. in tract. de differentia inter ius cano. & ciuil. differentia 55. nu. 91. Marsil. singu. 463. Ripa in l. fin. C. de reuo. donat. Alex. in l. si quis maior. C. de transā. Alexandri. cons. 30. nu. 1. & cons. 113. Port. conclu. communi. 10. li. 2. in 6. amplia. D. m. Alcia. cons. 25. nu. 4. in 6. lib. Franc. Mar. decis. 576. & 798.

798.lib.2.Et ista est communis opinio.Chircouius communi opi.Centuria 3.conclu.49.D.m.Cephal. cōs.25. Clar.in §.emphyteusis.q.8.Bursatus cons.26. num.44. Limita hanc conclusionem multipliciter.ut per Gratum respon.93.num. 76.lib.1.& Cagnol.in d.l.si quis maior.Item limita,ubi mora est geminata.Bermon.de publicis concubi. uersic.ad pios usus.fol.295.Alex.in l.si insulam.ff.de uerb.obl. Et potest mora purgari,si aduersarius damnum non sit passus. Ant. de Butr.& Imol.in c.dilecti.de arbi.per text.sing.in c.suam. de pœnis.per Bald.in l.si pactum quo pœnam.ff.de pac.Soarez in uer.mora.& per scriben. in tract.de mora. Contra autem emphyteutam,qui non soluit canonem, quòd non possit purgare moram.tradit cautelam Cæpola cautela 135. Et quando possit,uel non possit purgari mora.uide Parisium in cons. 19.in 2.uol.uide Menochium de arbitrio iudicis.casu 7.nu. 3.ubi etiam dicit,quòd arbitrio iudicis mora purgatur, qui debet in pluribus esse circunspectus.ut ibi ad fin.uide omnino.Anto.Gabriel.in suo communium conclu.lib.3. titu. de transac.conclu.1.num.12.ubi fusissimè ponit,quando mora purgari possit,etiam de æquitate canonica.

DECIMA Conclusio, quòd de æquitate canonica exceptio non numeratæ pecuniæ & non numeratæ dotis perpetuò opponi potest.Dy.in regu.locupletari.de regu.iur.in 6. Roma.cons.44.& ista est communis opinio.Imola in c.fi. de solu.de quo Benedic.de Vado.in reperto.Fely. in uer. exceptio.Zannet.in tract.de differentia inter ius cano. & ciui.regula enim se habet,quòd iudex secularis admittere debet exceptiones ex æquitate canonica descendentes.c.licèt. de iureiu.in 6.& c.cum quidam.de excep.eo.lib.Anchar.cons.5. in fi.Soarez uer.exceptio non numeratæ pecuniæ.Natta consil.105.nu.2.in 2.uol.Menochius cons.47.nu.9.

XI. sit Conclusio, quòd de æquitate ius superueniens de futuro post litem contestatam, nulla causa expressa, sufficit,

ut possit

ut possit fieri condemnatio. Zannet. in trac. de differentia inter ius cano. & ciui. differẽtia 79. uide omnino Ant. Gabriel. in suo communium conclu. li. 2. tit. de iudiciis. conclu. 3. nu. 20. ubi fusè & luculenter.

XII. sit Conclusio, ꝙ de æquitate canonica licèt impetrare rescriptum ad extraordinarium iudicem, irrequisito ordinario. Zannet. in trac. de differen. inter ius cano. & ciui. differentia 97. nu. 167.

XIII. Conclusio, quòd de æquitate canonica ecclesia locupletior effecta tenetur restituere emptori, ementi rem ecclesiæ in casu non concesso. Zannet. in tract. de differentia inter ius cano. & ciui. differẽtia 224. Franc. Mar. decis. Delphi. 1076. lib. 1. Crauetta cons. 272. nu. 19. in 2. uol. Secùs si non sit effecta locupletior. ut ibi Crauetta.

XIIII. Conclusio, quòd de æquitate canonica potest esse lis inter patrem & filium. Zanneti. de differentia inter ius cano. & ciui. differentia 37. nu. 39.

XV. Conclusio, quòd promissio facti alieni de æquitate canonica obligat. Zannet. de differentia inter ius cano. & ciui. differentia 70. nu. 142. Riminal. cons. 414. nu. 16. in 3. Parisi. cons. 109. nu. 23. in 1. uol. ubi communem dicit.

XVI. Conclusio, quòd de æquitate canonica non curatur. Vtrum uerba obligatoria, uel executiua referantur ad personam procuratoris, clientuli, uel ad personam ipsius domini, quia semper ualet sententia. Caccialup. in tract. contra dictionum. contradictione 28.

XVII. sit Conclusio, quòd licèt aliàs per non confectionem inuentarii hæres perdat falcidiam, uel trebellianicã de iure ciuili. Attamen secùs est de æquitate canonica. Et hæres non tenetur ultra uires hæreditarias creditoribus, uel legatariis. Caccialupus in tracta. contradictionum. contradictione 191. Franc. Mar. decis. 434. nu. 3. in 1. par. Et est communis opinio. In foro scilicet consciẽtiæ, secùs de rigore iuris. Alc.

de Neuo.

de Neuo.conſ.95.ubi dicit communem opinionem, tam canoniſtarum quàm legiſtarum, quòd hæres non conficiens inuentarium teneatur inſolidum in foro iudiciali, ſed in foro conſcientiæ ſolum ſatisfacere ſecundum uires hæreditarias. & Fran.Mar.q.766.lib.1.fallit, ut per Socin.in fallen.regu. 170.ubi multipliciter fallere oſtendit. uide Monticulum in tract.de inuentario.fol.30.nu.39. ubi tenet, quòd etiam de æquitate canonica in terris Eccleſiæ hæres non conficiens inuentarium teneatur ultra uires hęreditarias. Et no. Hoſtien. in titu.de teſtamentis.maximè in uſurariis.ut no. Io. And.in c.quanquàm.de uſuris.in 6.Vitalis in tract. clauſularum. de ceſſione bonorum.col.pen.num.35.pag. 540. & D.Rolan.à Valle in tracta. de confectione inuentarii. fol.203.Riminal. nouiſſimus in conſ.9.nu.130.& pluribus ſeq.ubi dicit, quòd liberis primi gradus non prohibetur detrahi trebellianica de æquitate canonica. Eſt tamen magis communis opinio, ꝙ hæres non conficiens inuentarium hodie non perdat trebellianicam etiam de iure ciuili. Petr.Rauen.in eius Alpha.uer. trebellianica.Soarez in eius theſauro.uerſ.inuẽtarium. & in uer.trebellianica.& in uer.filius.nu.237. Cheria.in ſuo com munium opi.uer.trebellianica.Neuiza.in cõſ.1.Soarez uer. trebellianica.Anto.Gabriel. fol.486.& ſeq.in ſuo cõmuniũ opi.ubi ſuſiſſimè.cum ſimilibus.quos hic non refero, ſed alibi ad ſaturitatem uſque.

XVIII. Concluſio. Quòd de æquitate canonica agi poteſt ex naturali obligatione,& ſtipulatione alteri facta per alterum. Caccialupus in tract.de pac.nu.7.tit.8.

XIX. Concluſio, quòd agens ex confeſſione facta per teſtatorem in teſtamento contra hæredem teſtatoris, & producens teſtamentum, debet obtinere. ſecundum Pet.in l.generaliter. C.de non nume.pecu. Saltem de æquitate canonica, ut ibi p Bal.& in l.1.col.1.C.de confeſſis.& in l.1.uerſ.Quero nunquid teſtator. C. de falſa cauſa adiecta legato. uide

Bar.in l.cũ quis decedens.§.codicillis.ff.de leg.3.ubi & Do cto.& Apostillan.& Boer.cons.25.nu.19. Cotta rerum memo.uer.confessio potest reuocari,in fi. Et ista est communis opinio. ut per nouissimum & laboriosissimũ Riminal. in Addi.ad cons.18.Riminaldi antiquioris.litera B.post Felyn. & alios. Et tunc ex testamento agi potest. ut per Gallum de diuiduo & indiuiduo.par.2.nu.50. Et sufficit tali casu probatio,etiam prę sumptiua de iure ciuili. D.m.Alcia.cons.82.in 5.libr.Franc.Mar.decis.Delphi.q.461. Soarez in thesauro. uer.confessio.nu. 239. communem dicit Syluanus in consil. 44.in 1.uol.

XX. sit Conclusio. Quòd filius potest petere legitimam, si pater ingrediatur monasterium,seù religionem de æquitate canonica,Corsetus in singu.uer.legitima. Bald.in Auth.si qua mulier.C.de sacrosan.eccle.Cotta rerum memora.uer. legitima uiuẽte patre. Et hæc quidem est communis opinio. Soarez uer.legitima.nu.71.

XXI. Conclusio,quòd succedens in iuribus defuncti prę scribere non potest,siuè singularis,siuè uniuersalis sit successor. Si à defuncto incipere uellet. Secùs si à se.l.hæres.ff.de diuer.& tempo.præscrip. De æquitate tamen canonica mala fides defuncti non nocet successori habenti bonam fidem. Dominicus in c.2.de regu.iur.Barbat.cons.59.col.5.uers.& quanta.lib.4.& cons.9.nu.21.Millius in reperto.pagi. 296. quem uide omnino.Alex.cons.39.num.14. in 6.ubi dicit,ꝙ hæres debitoris malæ fidei ex sua persona præscribere nõ potest de æquitate canonica. & quidem est magis communis opinio.ut attestatur D.m.Alcia.in cons.30.nu.32. in 6.libr. & cons.43.num.14.eo.libr.Soci.in fallen.regu.389.Soarez uer.præscriptio.Rui.cons.150.nu.14.in 4.

XXII. sit Conclusio,quòd etiam in his, quæ non sunt relicta ad pias causas, ualet testamentum de æquitate canonica. si constat de uoluntate testantis per signa urgẽtia. Alex.

de Neuo.

de Neuo.in conſ.13.D.m.Alcia.in conſ.53.libr.ult. Soarez uer.teſtamentum.

XXIII. Concluſio, quòd alteri per alterum ſtipulari poteſt de æquitate canonica. D.m.Alcia.conſ.53.nu.14.li.ult. Etiam quòd ſit non notarius. Guido Pap.q.317. & eſt communis opinio. Soarez uer.alteri per alterum.nu.173. & ſeq. Pariſ.conſ.82.nu.1.in 1.uol.

XXIIII. ſit Cõcluſio, quòd pignoratitia actio fœnus incidit eſt in rem ſcripta, & competit contra quemlibet ſucceſſorem de æquitate canonica. ſecundum Hoſti. de pigno. ſed ſecùs de iure ciuili. Bal.in l.1.nu.2.ff.de pigno.ac.

XXV. Concluſio, quòd mala fides defuncti non nocet hęredi, non utenti acceſſione ipſius de æquitate canonica. Tiraquellus in tract. præſcrip.in §.1.in glo.2.uer.ſunt tamen.

XXVI. ſit Concluſio, quòd omnis præſcriptio interrumpitur per ſolam citationem. ſecundum æquitatem canonicã. Millius in reperto.pag.295.

XXVII. Concluſio, quòd de æquitate canonica impeditus impedimento facti remanet illæſus. Barbat.conſ.9.nu.7. in 1.uol. & iſta eſt communis opinio. Soarez uerſic. impedito.nu.15.

XXVIII. Concluſio, quòd de ęquitate canonica debet reſtitui ſeruitus præſcripta. Barba.conſ.9.nu.14. in 1.part.

XXIX. Concluſio, quòd de æquitate canonica obligatio perſonalis tranſit ad hæredes. Bal.in l.furti. C.de furtis. Etiam iurata, quò ad robur & effectum contractus, non quo ad reatum periurii. Fely.in c.cum ſit generale. nu.9. de foro compe. Aemylia.conſ.90.nu.19. Summa Angelica uer.iuramentum.5.in prin.nu.21.

XXX. Concluſio, quòd ſicut, quando quis promittit abſente illo, cui debet adquiri ius ex promiſſione, ualet promiſſio de æquitate canonica. gloſ. in c.quoties cordis oculus.1. q.7. ita etiam de ipſa æquitate canonica debet ualere con-

fessio absente parte. Butri. in c. si cautio. de fide instrumen. Alex. de Neuo in cons. 72. num. 11. Et hæc quidem est communis opinio. ut per Ferrettum in cons. 150. nu. 16. tomo 1.

XXXI. Conclusio, quòd de æquitate canonica est seruãda fides hosti. Gratus responso 119. num. 25. libr. 2. secus de iure ciuili. ut est communis opinio. Soarez uer. fides. n. 177.

XXXII. Conclusio, quòd de æquitate canonica contractus incertus ualet, Alex. in l. ita stipulatus. col. 2. ff. de uerb. obl. Ias. & alii ibi. & in l. triticum. eod. libr. & titulo. secus de iure ciuili. Soarez communi opin. uer. incertitudo. nu. 22.

XXXIII. Conclusio, quòd licèt partes faciant pactum de non petendo per testes. Attamen iudex potest admittere testes unius partis ualde legales, & maximè de æquitate canonica. do. Anto. in c. 2. de proba. Riminal. cons. 472. nu. 46. in 3. uol.

XXXIIII. Conclusio, quòd emphyteuta, qui uendit rẽ emphyteuticam inscio domino, licèt uerè non transit dominium, nisi per constitutum. Soluens tamen censum, & rem recuperans post aliquod tempus de æquitate canonica non cadit à iure suo. Aliàs secus. Butri. cons. 34. sed de ueritate conclusionis. uide Moder. Pari. in consue. Parisien. in §. 13. in gl. 5. nu. 4. ubi pulcherrimè. & Butri. d. cons. 34. ubi in fi. dicit, ꝙ clerici in pœnis non debent esse tenaces. Et not. quòd emphyteuta dans in dotem rem emphyteuticam filio, nõ aliter cadit, cum sit necessaria alienatio. Crauetta cons. 215. nec tunc debet solui Laudemium.

XXXV. Conclusio, quòd in causis summariis de æquitate canonica iudex potest assignare simul actori & reo terminum ad ponendum & articulandum. Ferrettus cons. 43. ad fi. in 1. uol. Et ita obseruatur in Romana curia, ut ipse dicit. uide Fran. Mar. decis. Delphi. q. 569. lib. 1.

XXXVI. Conclusio, quòd de æquitate canonica non habet locum. glo. in l. mutari. ff. de procura. de innouatione instantię

ſtantiæ & mutatione libelli. Ferrettus conſ.47. nu. 16. to. 1.

XXXVII. Concluſio, quòd de æquitate canonica in beneficialibus & matrimonio terminus non eſt excluſiuus probationum. Ferrettus conſ.48.nu.12.in 1.uol.

XXXVIII. Concluſio, quòd de æquitate canonica emãcipatus poteſt repudiatam reuocare hæreditatem. uide tamẽ Ang. Aret.inſti.de hære.quali.& diffe.in §.fi.nu.4.

XXXIX. Concluſio, quòd in materia ſpirituali, de æquitate canonica, Ius ſuperueniens, etiam de nouo, pendente iudicio ſufficit ad uictoriam: ſine nouo libello. Ferrettus conſ. 57.nu.3.in 1.uol.

XL. Concluſio, quòd de ęquitate canonica fructus dotis putatiuæ uir lucratur. Ang. Aret.inſtit.de nuptiis. §. ſed aduerſus.nu.4.

XLI. Concluſio, quòd de æquitate canonica ſuſtinetur teſtamentum, in quo pater relinquit filiæ centum pro dote, nec dicit titulo inſtitutionis. Guil. in repet.c.Raynutius. de teſtamen. Clar.in §.teſtamentum.q.38. uerſic.quid autem ſi teſtator.

XLII. Concluſio, quòd poſthumus ſtatim, quòd eſt natus moritur, nec ſuperuiuat, non ideo rumpitur teſtamẽtum de æquitate canonica, immo tenet & ualet. l. poſthumus. ff. de libe.& poſthu. Caſſaneus in conſ. 10.nu.5.glo.& Bal. in l. uxoris abortu. C.de poſthu.hære.inſti.& ibi Ang.

XLIII. Concluſio, quòd ubicunque res aliena peruenit ad alium ex cauſa iniuſta, Iudicis officium oritur, & contra illum intentari poteſt, Et tale officium fundatur etiam in æquitate ipſa canonica. l. ſi me & Titium. ff. ſi cert. petat. & l. nam hoc natura. ff. de condi. indebi. & in c. locupletari. ubi doct. de regu. iur. in 6. Calcane. conſ. 28.nu.23.in fin. uide & lege totum illud conſilium. Et no. ꝙ ſi ſunt diuerſæ opiniones, tollenda eſt illa, quæ grauat conſcientiam & animam, & ſequenda eſt illa, quæ tangit æquitatem. Caſſane.conſ.63.num.12.

ubi

ubi fusius. Aequitas enim circa merita, ueritatem negocii. & effectum rei uersatur, non autem circa formam uerborum. & simplicem procedendi modum. ut no. in c. dilecti. de iudi.

XLIIII. Conclusio, quòd de iure ciuili filius possit detrahere duas quartas. Dilec. de arte testan. libr. 5. cautel. 31. idem quoque est de iure canonico, quando uno & eodem tẽpore ambæ quartæ non concurrunt. Communis est opinio. Soarez uer. trebellianica. Paris. cons. 60. nu. 38. & 39. eo. tit. Tamen si filius purè esset rogatus restituere hæreditatem, nõ potest de æquitate canonica detrahere, nisi unam quartam. ut est communis opinio. Viuius communi opi. uer. hæres rogatus. in 1. par. D. m. Alcia. in cons. 156. lib. ult. Portius cõs. 52. & ibi. D. Mantua addit.

XLV. Conclusio, quòd licèt actio pignoratitia sit in personam de iure ciuili. Attamen secus est de æquitate canonica. Bal. in l. 1. C. de pigno. ac. Cagnol. in proœmio fforum. §. tertii. nu. 211. & à uer. 210. usque ad fi. ubi plura de hypothecaria, eius libello & cæteris.

XLVI. Conclusio, quòd de æquitate canonica cõtumax non mulctatur. c. 1. de dolo & contumacia. & in c. fin. §. in aliis. ut lite contesta. Afflic. super constitu. regni. lib. 1. in rub. 97. nu. 1.

XLVII. Conclusio, quòd ignoranti & impedito nõ currit præscriptio de æquitate canonica. Crottus cons. 113. nu. 27. Et ideò non opus est restitutione in integrum. Calcane. cons. 75. & Gallus cõs. 24. Soarez in thesauro communi opi. uer. impedito. nu. 15.

XLVIII. Conclusio, quòd licèt per alienationem rei feudalis, de rigore iuris tota res amittatur. Attamen secus est de æquitate canonica. Bal. in c. 1. qualiter olim feu. po. aliena. uide D. Rolan. à Valle in cons. 17. nu. 8. in 2. uol.

XLIX. Conclusio, quòd de æquitate canonica testes in causa criminali non compelluntur dicere testimoniũ ad euitandum

tandum inimicitiam capitalem. quia nemo tenetur se exponere periculo.Bal.in c.delictorum.de testibus cogen.Franc. Mar.decis. Delphi.q.776.lib.2.secus de iure ciuili.ut ibi.

L. Conclusio,quòd præscriptio statutaria, uel legis inducens malam fidem non tenet ex æquitate canonica. quæ etiã habet locum in foro ciuili.Benintendi. decis.Bono. conclu. 9.nu.4.Bouius in tract.de statutaria præscrip. Soarez in eius thesauro.uer.præscriptio.nu.210.

LI. Conclusio, quòd testator coram presbytero parrochiali, & duobus testibus adhibitis disponat de rebus suis. Valebit testamentum etiam ad nõ pias causas.ut est communis opinio.de qua Corne.cons.261.col.fi.in princ.lib.4. ubi uult hoc etiam procedere in terris Principis secularis. quo ad temporalem iurisdictionem ab ecclesia concessis, quales sunt ciuitates regni, Ferraria, & Vrbinum.ut ipse dicit.Argu. clem.pastoralis.de sententia & re iudica. Duran. de arte testan.lib.2.cautela 2.nu.2.& D.m.Alcia.cons.52.li. ultimo & cons.197.nu.3.eo.uol.Aemylia.cons.156.nu.8. ubi etiã dicit,quòd non requiritur necessariò, quòd ipsi testes sint rogati.Subdens,quòd legatum factum uxori in præsentia confessoris sui tenet & ualet.quia satis est, quòd constat de uolũtate testatoris quali quali in legato.uide Chirco.& Grassum in suis communibus conclu. uide pro d. conclusione. suprà D.m.Cephal.cons.159.num.11.ubi casus Ferrariæ accidit. Portius cons.12.in 1.uol. ubi de testamẽto facto Tercentæ, quod idem esse dicit,si Ferrariæ effectum esset.& idem Portius in cons.176.per totum. ubi uxor rogauit quatuor testes, ut essent præsentes eius dispositioni, inter quos non aderat parrochianus,uel sacerdos,& concludit,quòd tale testamentum iure pontificio ualet. Et magis communem dicit Alex. cons.177.col.1.uer.nec obstat. uol. 2. de quo Cherianus in suo communi opi.uer.testamentum Soarez in thesauro. uer. testamentum.nu.33.communem dicens Parisi. cons. 51. in

3.uol.

3.uol.& D.Rolan.à Valle conf.33.nu.41.& seq.in 3.uol.

LII. Conclusio, quòd si delinquens iussit fore facta emẽdari, sicut tota die faciunt testantes, licèt de iure ciuili hæredes non teneantur persoluere malè ablata. Tamen secus est de æquitate canonica, ut à peccato ualeat liberari testator, q; licèt ecclesia non præsumat pro peccatore, nisi signa pœnitẽtiæ appareant. Nihilominus nescit pro certo, An sit absolutus apud Deum, qui de intrinsecis solus iudicat. Ican. Fab. in §. pœnales. nu. 6. institut. de perpe. & temporalibus actionibus. Soarez in thesauro. uer. hæredes. nu. 97. Non tamen tenentur ultra uires hæreditarias, etiam non confecto inuentario. ut ibi.

LIII. Conclusio, quòd liceat stari debeat arbitro, siue ęquè, siuè iniquè fuerit arbitratus. l. 1. §. stari. ff. de arbi. tamẽ d. regula iuris ciuilis non procedit de æquitate canonica. cui quandoque Imperator Romanorum adhesit, & in terris imperii apparet consuetudine recepta. Zas. cons. 12. numer. 38. fol. 241. in 2. par. Soarez in eius thesauro. uersi. arbitris amplissima indulta. uide omnino. & per eundem. in uersic. ipso. ubi communem dicit.

LIIII. Conclusio, quòd pœna conuentionalis in laudo apposita non habet locum, si quis fecit, quod potuit de æquitate canonica. Et habet locum, si in parte impleretur laudũ, quia tantum pro rata pœna peti posset. idem si pro re modica pœna magna exigeretur, Capra regu. 70. num. 15. 18. & 20. idem si elapso termino laudi quis uellet purgare moram, & non interesset uolentis petere pœnam. ut ibi. nu. 2.

LV. Conclusio, quòd monasterium potest absque monachi consensu adire hæreditatem ipsi monacho, eo nolente de æquitate canonica. ut est communis opinio. Capra in tracta. substitu. in 1. mem. nu. 63. & seq. Ias. in l. cum proponas. C. de hære. insti. communem dicit.

LVI. Conclusio, quòd de æquitate canonica testamen-

tum factum ad pias causas nutu factum ualet. Petr. Rauen. in Alphabe. in uer. testamentum. col. 2. circa prin.

LVII. Conclusio, quòd natus ex concubina domi retenta, & quæ affectione maritali tenta non erat, non dicitur naturalis, sed spurius de iure ciuili, & secundum subtilitatem iuris ciuilis. Hercula. de cautione de non offen. c. 32. num. 1. & seq. ubi fusius de Bastardis. Tamen secundum æquitatem canonicam, & communem usum loquendi dicitur naturalis, ut est communis opinio de qua Crauetta cons. 166. num. 8. qui omnino est uidendus. Et appellatio uulgi pro iure habetur. Bal. in cons. 184. nu. 2. item communis usus loquendi præualet in qualibet materia. l. librorum. §. quòd tamẽ Cassius. ff. de lega. 3. etiam in iudiciis. ut ibi Crauetta nu. 8. etiam in materia stricta & odiosa, etiam pœnam indicens, seù potius fauorabilis ac gratiosa. communis est opinio de qua Panormi. in c. nonnulli. de rescrip.

LVIII. Conclusio, quòd statutum prohibens fieri probationem per testes, non habet locum, quando testes sunt legalissimi, quia isto casu admittenda est pars ad probandũ debitum, non obstãte statuto, de ęquitate canonica. fusius Pet. Moncada hispanus. in Addi. ad Crottum. in trac. de testibus. nu. 192. in 7. par.

LIX. Conclusio, quòd si peto centum adiecta causa, postea prosequor causam in iudicio, de æquitate caconica, si illa causa superuenisset post iudicium, ualet, quia non restrinxi me ad causam, quæ ante iudicium erat. ita Ange. in l. & an eandem. ff. de excep. rei iudi.

LX. Conclusio, quòd de æquitate canonica omnes contractus sunt bonæ fidei. Ias. in l. & si post tres. nu. 27. ff. si quis cautio. Bal. in c. 1. de plus peti. & Bar. Cæp. in c. cum uenerabilis. de excep. uide Gallesium in suo de iudiciis bonæ fidei. nu. 12. ubi dicit, ꝙ æquitas non est, nisi una, & semper eadẽ. Et, quòd contractus omnes sunt bonæ fidei, etiam de iure ci-

T uili,

uili, quando adest dolus,& quæ inferius subdit.

LXI. Conclusio,quòd fideicommissario regulariter per grauatum restitutio est facienda. Paris.consil. 12.nu.115. in 2.fallit de æquitate canonica. Paris.ibi & Dec.in c.in præsentia.nu.2.in 2.no. de proba.ut euitetur circuitus inutilis secũdum Dec.ibi. Subdens, quòd quãdoque etiam de iure ciuili procedit.l.pen.C.ad trebellia.

LXII. Conclusio, quòd monitio fraterna ex urbanitate,non de iure ciuili,sed de æquitate canonica est necessaria. Ang.in l.si manumissori. C.de obsequiis à patrono præstandis.nu.1.Matthæi c.18. Si peccauerit in te frater tuus unde & corripe eum inter te & ipsum.&c. Nã correctio est sub pręcepto peccati mortalis. Prępo.in c.si peccauerit.2.q.1.& Aret.in c.nouit.de iudi.communem dicens,& dixi in lib.communium opinionum criminalium.

LXIII. Conclusio,quòd si uasallus alienat partem,non debet priuari toto,sed debet priuari in eo tantum,in quo deliquit secundum communem conclusionem,quando alienatio fuit facta secundum commemorationem rei feudalis. ut uolunt gl.in c.1.§.similiter.quibus mo.feu.& Bal. in c.1. de uasallo qui contra constitu. Lotharii. & alii doc.adducti per Ias.in l.4.fol.pen.col.1.& seq.q.13.nu.125.C. de iure emphi. Maximè considerata æquitate canonica. ut ibi per eum. Paris.cons.14.col.2.nu.11.in 1.uol.

LXIIII. Conclusio, quòd ignorantia iuris de æquitate canonica toleratur. Bal.in l.iubemus.C.de sacrosanc.eccle. Alex.in l.non fatetur.de confessis.

LXV. Conclusio,quòd de ęquitate canonica fideicõmissario uniuersali competit actio,etiã nulla facta restitutione, quando constat de iure suo,ut euitetur circuitus. Paris.cons. 52.n.48.in 3.uol.in addi.ad cõs.& in cõs.53.n.115. eo.uol.

LXVI. Conclusio, nam licèt sit magna altercatio doctorum iuris Cæsarei. An recedatur à persona electa,uel ne? Ta

men de æquitate canonica potest & debet recedi à persona arbitratoris, & recurritur ad arbitrium boni uiri, prout tenet Soc. in l. si quis arbitratu. ff. de uer. obl. 16. col. post Archi. in c. sunt nõnulli. 1. q. 1. Et firmat Panor. in c. 1. de decimis. cui quidẽ iuri canonico est standũ. Paris. cõs. 132. nu. 5. in 4. uol.

LXVII. Conclusio, communis est opinio, quòd maritus mulieris uiuat, & ueritas est, ꝙ est mortuus. An ducens ipsam in matrimonium, puniatur? Resp. Saly. in Auth. hodie. per illum tex. C. de repudiis. quæ loquitur in muliere habente uirum in expeditione militiæ, quæ non potest licitè nubere, ẽt si diu expectauerit. ꝙ sic, & tanquàm adulteri debent puniri, & hoc in mero casu illius authenticæ. Sed in aliter absente q̃ militiæ causa, dicit quòd staret opinioni Raymundi, & maximè de æquitate canonica. ut ibi per Saly.

LXVIII. Conclusio, quòd ualet donatio facta absque insinuatione. Nam insinuatio ad hoc fuit inuenta, nẽ fieret fraus, & hęc fuit finalis ratio. l. data. C. de dona. quę ratio cessat in ecclesia. quæ semper dicitur esse iustitiæ & ueritatis cultrix & augumẽtatrix. c. 1. de aliena. feu. & in cle. cum illusio. de renun. Vitalis in tract. clausularum. ubi de renunciatione legibus requirentibus insinuationem loquitur. nu. 111. pag. 601. Aemylia. cons. 132. nu. 17.

LXIX. Conclusio, quòd de æquitate canonica, circunscripta subtilitate iuris ciuilis. curatores in testamentis legitimè dantur, neque aliqua confirmatione Prætoris decreti egent. de qua in l. pen. C. de testa. tute. & instit. de curato. in prin. Syluanus in cons. 13. nu. 5. in 1. uol. D. Anto. Piagius in trac. de tutore & curatore. q. 2. nu. 17. uers. limita 2.

LXX. Conclusio, quòd in causis, in quibus sola facti ueritate proceditur attenta. ius naturale, & æquitas canonica attendi debet. ut per Sylua. in cons. 33. nu. 2. in 1. uol.

LXXI. sit Conclusio, quòd missus in possessionẽ si ꝓpter dolum, uel potentiam rei, non possit nancisci possessionẽ, uel

acquiſitam perdit. Poſt annum nihilominus de æquitate canonica conſtituendus eſt uerus poſſeſſor. c. contingit. de dolo & contumacia. Tancretus de ordine iudiciario. lib. 2. titu. de contumacibus. fol. 69. uer. item nota.

LXXII. Concluſio, quòd ſecundum æquitatem canonicam actio nec in libello, nec in proceſſu cauſæ neceſſe eſt exprimere. c. dilecti filii. de iudi. Tancretus de ordine iudiciario. lib. 2. tit. de libello rei uindicationis. pag. 111.

LXXIII. Concluſio, quòd in cauſis ſpiritualibus nõ præſtatur iuramentum calumniæ. quoniam cauſæ ſpirituales nõ ex legum ſeueritate, ſed ex canonum æquitate tractantur. c. literas. de iura. calum. Tancretus de ordine iudiciario. tit. de iuram. calum. pag. 143.

LXXIIII. Concluſio, quòd de æquitate canonica poteſt compelli promiſſor, ut arbitrio boni uiri adimpleat promiſſa incerta. Marſil. ſingu. 463. rigor iuris.

LXXV. Concluſio, quòd de æquitate canonica poteſt âgi recta uia ad petitionem reſtitutionis fideicommiſſi, licèt uerbo non ſit facta reſtitutio. D. Rolan. à Valle conſ. 78. nu. 20. in 3. uol. ubi dicit Bal. in c. in præſentia. uerum dicere. Pariſ. conſ. 54. nu. 48. uol. 3.

LXXVI. Concluſio, lata eſt ſententia diuortii propter adulterium uxoris, poſtea uir adulteratur. Nunquid mulier poterit eum repetere? Reſp. quòd nõ de rigore, ſecùs de ęquitate canonica. Alberi. in Dictionario. in uer. matrimonium, 8. col. 2.

LXXVIII. Concluſio, quòd mulier de æquitate canonica poteſt petere, quò ad alimenta ſufficientia, caſu quo reſtituere debentes dotem eam traherent ad iudicium, & etiã idem eſt de iure ſcripto. Vitalis in tract. clauſularum. clauſula. An iuri alimentorum poſſit renuntiari cum iuramento, nu. 140. pag. 627. deciſ. Neapo. per Afflic. 152. nu. 6. ibi attenta æquitate non dicitur attentatum.

LXXIX. Conclusio, quòd à mero possessorio extraordinario non datur appellatio de iure ciuili, secus tamen est de iure canonico. Bal. in cons. 153. in 1. uol. uide suprà.

LXXX. Conclusio, quòd testamentum usurarii post mortem ipsius reconualescit de ęquitate canonica. Et quomodo? uide per Bal. in cons. 57. in 5. uol.

LXXXI. Conclusio, quòd de æquitate canonica potest officium iudicis misericorditer implorari, loco deficientis exceptionis. Bal. in l. in contractibus. C. de non numer. pecu.

LXXXII. Conclusio, quòd pignoratitia fœneratitia, quando fœnus intercedit, est in rem scripta, & competit contra quemlibet etiam singularem successorem. de æquitate canonica. Bal. in l. quòd ex operis. C. de pigno. actio.

LXXXIII. Conclusio, quòd de æquitate canonica in criminalibus testes non compelluntur testificari, ne resultet inimicitia inter testes & accusatum, quæ de facili resultat. c. extra. de accusa. Follerius in prac. canonica. tit. testibusque diligenter examinatis. nu. 10. fol. 112.

LXXXIIII. Conclusio, quòd laicus, qui uiolat monialem debet excommunicari. c. si Episcopus. 27. q. 1. de ęquitate canonica. Follerius in prac. cano. titu. ut si est sacrilegium. nu. 5. pag. 201.

LXXXV. Conclusio, quòd non adimplens promissum propter impotentiam de æquitate canonica non tenetur ad pœnam. Beluisius in cons. 2. nu. 46. inter cons. crimi. Tobias Nonius cons. 103. nu. 3.

LXXXVI. Conclusio, quòd filiusfamiliàs de æquitate canonica obligatur uoto. quãdo uoti incertitudo adesset, puta, si uouit dare Ecclesiæ anno quolibet frumentum, non expressa quantitate, quia licèt purè ualere nequeat, in conditionem resoluitur, ne pereat. D. Ascanius Clementi. in tract. de patria potestate. effectu 5. nu. 30. & seq. fol. 97.

LXXXVII. Conclusio, quòd legitimatus per subsequẽs

matrimonium de æquitate canonica excludit substitutū. Nicolaus de Vbaldis in tract. de successio. ab intesta. in prin. nu. 65. in fi. tomo 11. fol. 181. col. 3.

LXXXVIII. Conclusio, quòd emptor rei ecclesiasticæ malè alienatæ, non perdit meliorationes, quas fecit, quia ex æquitate canonica restituitur ei precium. Fely. in c. cum causam. nu. 29. de sententia & re iudica.

LXXXIX. Conclusio, quòd usurarius per restitutionem usurarum recipit famam de æquitate canonica. Bal. in l. Cassius. ff. de senato. allegat in argu. c. quanquàm. de usuris in 6. refert eum sic Barba. in tracta. de testibus. in 2. par. nu. 20. in trac. diuersorum. pag. 227. col. 1. ad fi.

XC. Conclusio, quòd quando certum est partes, uel partem non didicisse testificata, quòd ex æquitate canonica testes debent admitti, & de nouo produci. Maria. Soci. in trac. de testibus. nu. 44. uer. non obstant iura suprà in contrarium allegata.

XCI. Conclusio, quòd uerba posita in indultis, seu priuilegiis, uel rescriptis, semper debent conformari æquitati, & quidem etiam canonicæ. licèt etiam uerba hoc non patiatur, quia ex tali interpretatione nulla absurditas, neque obscuritas sequitur. Bombinus cons. 27. nu. 13.

XCII. Conclusio. Si unus ex pluribus cohæredibus efficiatur non soluendo, non tenetur ad legata uoluptuosa, nec non, si obligationes irrationabiliter extortæ defuncto dubio procul euanescerent pro portione istius cohæredis, neque ad aliorum onus spectarent, etiam de æquitate canonica tenere tur eius hæres d. Monticulus in tracta. de inuentario. fol. 32. nu. 45. in 2. impressione.

XCIII. Conclusio, quòd si quis stuprauit uirginem, & decedat ante litem motam & contestatam, non poterit talis uirgo corrupta superuiuens agere contra hæredes, pro damno & interesse, uel dote de iure ciuili, sed secùs est de iure canonico

nonico

nonico & de æquitate. & tenetur hæres exonerare ipsius defuncti conscientiam. Gomez in trac. de delictis. to. 3. c. 1. nu. 84. Et tenet solus Collectarius i c. 1. de adulteriis. 2. col. n. 2.

XCIIII. Conclusio, quòd condictio furtiua transit contra hæredes, ꝑ æstimatione rei. Licèt ad eos nihil perueniat. l. si pro fure. §. fi. ff. de condi. furti. & ibi communiter doctores. quod intellige de iure ciuili, & eius rigore. Secus tamen de iure canonico, & eius æquitate. Quia tenentur hæredes, quatenus patiuntur uires hæreditariæ, & possunt compelli ꝑ iudicem ecclesiasticum soluere. Etiam, si sint laici, & in terris imperii, pro exoneranda cõsciẽtia defuncti D. Ant. Gomez in tract. de delictis. c. 1. to. 3. nu. 85. ad fi. fol. 344.

XCV. Conclusio, quòd de æquitate canonica pœna non committitur efficaciter, si quis certa die promisit sub pęna & partem soluat. c. suam. extra de pœnis. Fulg. cons. 7. num. 1. uers. rursus.

XCVI. Conclusio, quòd æquitas canonica non prodest Iudæis & ideo moram purgare nequeunt. ut per Ang. & Imolam in l. si insulam. ff. de uer. ob. Fely. in c. multorum. de Iudæis. uer. in glo. fi. in fi. nota singulariter. nu. 5.

XCVII. Conclusio, quòd uno emphyteuta cessante à solutione, omnes cadunt de iure ciuili. Sed secùs de æquitate canonica. per Io. de Imol. in c. potuit. nu. 39. Redoanus in tracta; de rebus eccle. alie. pag. 496. n. 13. §. emphyteuta quoq;.

XCIX. Conclusio. Diuisio de iure ciuili sorte dirimitur. ut est communis opinio. Secus de æquitate canonica. Nam maior diuidit, & minor eligit. Soarez in eius thesauro. uers. diuisio. nu. 90. communem dicit.

C. Conclusio, alienans partem feudi incidit pro parte alienata, & non in toto feudo. ut est cõmunis opinio, de æquitate canonica. Bursatus cons. 40. nũ. 32.

CI. Conclusio, quòd si testator uoluit in scriptis testari, & morte præuentus non perfecit, non ualet testamentum, ut nuncu-

nuncupatiuum ex deficientia uoluntatis, etiam de æquitate canonica, ut est cõis opinio. Grassus communi opi.lib.2.c.4. q.12.pag.105. Cur.inmior conf.304.nu.7.in 3.uol.

CII. Conclusio, quòd exceptio spolii post litis contestationem opposita suspendit petitorium de iure, & æquitate canonica. Grassus communi opi.lib.2.c.13.q.8.in fi.

CIII. Conclusio, exceptio non numeratæ pecuniæ, etiã post biennium de æquitate canonica opponi potest. Sed contraria opinio est uerior & communior. Grassus de communi opi.lib.2.c.13.q.12.

CIIII. Conclusio, quòd spurius dicitur, qui non est natus ex soluto & soluta non retenta in modum legitimæ cõcubinæ. de iure ciuili. gl. est per illum tex. & ibi Docto. in c.nisi pridem. in §. personæ. de renuncia. ut dicit Bal. in conf. 129. in 2. dubio. lib. 2. Secùs est de æquitate canonica. c. innotuit. de electio.

CV. Conclusio, quòd contractus collatus in arbitrium alterius ex contrahentibus ualet de æquitate canonica. Aliàs secùs. Alphanus plura in suis collectaneis. nu. 286.

CVI. Conclusio, quòd si sit lata sententia in casu.l.fi.C. de edic. diui adria. tollen. de rigore iuris non potest appellari, sed secùs est de æquitate canonica, ex euidenti & iusta causa. Tiraquellus le mort saisit. par. 6. declara. 6. nu. 2.

CVII. Conclusio, quòd confessio facta in extremis pro conscientiæ exoneratione reuocari non potest de æquitate canonica. Fran. Mar. decis. 461. nu. 2.

CVIII. Conclusio, quòd l. si quis maior. C. de transac. nõ habet locum de æquitate canonica. Et ideo potest fideiussor repræsentare reum. Franc. Mar. decis. Delphi. q. 797. n. 5.

CIX. Conclusio, quòd filia, quæ cum iuramẽto patrem quietauit dote contenta sibi datã, non potest testamentũ patris, in quo fuit prætérita dicere nullum de æquitate canonica. Guido Pap. q. 598.

CX. Conclusio, incertitudo non uitiat dispositionem ad pias causas, ex æquitate canonica. D. Menochius de adipiscen.possess.in 4.remedio.nu.787.

CXI. Conclusio, quòd pœnæ conuentionales de æquitate canonica non debentur. Riminaldus nouissimus cõs.89. nu.9.Sed uide postea.nu.23.& seq.ubi etiam de æquitate canonica debẽtur. Fallit,ubi nullum adesset interesse, quia de æquitate etiam canonica non debentur pœnæ conuentionales. Gramat.cons.66.nu.76.in ciuilibus. Cagnol.in l.si quis maior.nu.152.C.de transac.

CXII. Conclusio,quòd præscriptio non currit ignoranti,uel impedito de ęquitate canonica maximè in terris Ecclesiæ. Crottus cons.113.nu.27.

CXIII. Conclusio,quòd obligatus ad factum,uel ad rẽ tradendam ex quocunque cõtractu. Si implere potest,cõpellitur præcisè ad id faciendum,uel tradendum de ęquitate canonica.Burgos de emptione & uenditione.in prin.nu.2.

CXIIII. Conclusio,quòd hæres potest purgare moram de æquitate canonica. Aret.in §.extraneis. instit. de hæredũ qualit.& differentia.

CXV. Conclusio,quòd mater tenetur alere filium spurium de æquitate canonica. Ant. Gabriel. in suis cõmunibus conclusio.tit.de alimentis.conclusione 1.nu.4.fol.719.

CXVI. Conclusio, quòd filius ex non confectione inuẽtarii nõ amittit trebellianicam de ęquitate canonica. D.Phanucius de Phanuciis de Luco.in tract.de inuentario. part.7. n.37.uide Mõticulũ in suo.de inuẽtario & in Antiphanucio.

CXVII. Conclusio, quòd filius potest reuocare alienata in fraudem ipsius,si titulo oneroso sint alienata. Et emptor suasit ipsi patri alienãti, ut odio filii alienaret omnia bona,ne sua malicia glorietur,usque ad legitimam, ex æquitate canonica. ut per Bal. in l. 2. C. si in fraudem patroni.col. 1.uer.sed alienata in fraudem.

V CXVIII.

CXVIII. Conclusio, quòd remedium.c. reintegrandę, durat perpetuò, de æquitate canonicá. D. Contardus in l. 1. si de momenta. poss. limi. 2. §. 4. nu. 22. & seq. fol. 103.

CXIX. Conclusio, quòd legatum rei alienæ ignorāter, uel scienter factum de æquitate canonica non debetur. Caballinus in tract. de euictione. nu. 31. fol. 175.

CXX. Conclusio, quòd renunciatio simplex iuri de futuro non ualet. fallit de æquitate canonica. Soc. regula 338. in 2. fallentia. nu. 2.

Hactenus de æquitate canonica dixisse sufficiat.

Laus Deo & uirgini Mariæ.

F I N I S.

INDEX ALPHABETICVS IVXTA ORDINEM CONCLVSIONVM DIGESTVS.

Impe-

INDEX

FINIS.

FINE